Kruse, Carl
Dactyliotheca corpus sententiarum dactylicarum

# Dactyliotheca

corpus

ententiarum dactylicarum

edidit

C. KRUSE.

Sundiae 1863. C. Hingst.

# Dactyliotheca

corpus

# Sententiarum dactylicarum

edidit

C. KRUSE.

Sundiae 1863. C. Hingst.

# G. F. SCHOEMANNO
## Salutem.

Quum primum, Vir venerande, mecum reputarem, solennia Tibi instare semisaecularia, de tragoedia Aeschylea Tibi dedicanda meditabar. Exspectandum autem ducebam, donec noscerem, quid de Supplices fabula, duobus ante annis a me edita, viri docti censerent, ut quae suo jure vituperassent, corrigere et evitare, alia forte tueri possem. Serius vero et nuper demum occurri in schedis publicis censurae opusculi mei, aequae illi quidem et ultra spem benignae. In qua si quid laudis ab judicii sanitate et disserendi perspicuitate tuli, ad disciplinam Tuam sanam perspicuamque id omne referendum est. Etenim quoad mihi contingebat, scholis Tuis seminarioque interesse, illas ipsas virtutes — quoniam ingenii acumen et ubertas docendo tradi nequeat — inprimis imitandas mihi proponebam, quas quidem in Te summopere usque admirabar. Mirantur sane et alii; simplicius autem et apertius nemo, quam ille, qui ex me aliquando dubius quaereret, an, quas edere soles scriptiunculas academicas, oratione satis latina essent compositae? Subridens interrogabam, quare et quinam dubitaret? Tum ille: „Miror," inquit, „quum fere dedidicerim latine, in Schoemanni solius libris et res et singula verba penitus mihi intelligi."

Accessit autem altera eaque multo gravior causa, quominus proposito starem. Namque satis mihi jam fati acer-

bitate exagitato filius, dulcissimum defunctae conjugis solamen, funesta morte abripiebatur. Hunc cum ardore adamabam, hic, si lacrimis revocabilis esset, rediisset dudum rediretve hodie. Quid multa? Obduravi et pertuli: quomodo tulerim, non est qui curet. Id tamen sequendum mihi duxi, ut alerem et exercerem animum, abstinerem autem ab opere, quod studii contentionem et perpetuitatem exposceret. Itaque in poetas latinos identidem perlegendos incidi, atque schedis meis, olim institutis, adjunxi, si qua sententiose vel proverbialiter dicta invenirem. Haec in corpus quoddam redacta Tu et quidquid est hominum venustiorum lubentibus animis accipiatis. Solent qui antiquitatis fonte labra proluerunt, gaudere sapientia veterum, verbis elegantibus brevibusque inclusa; solent etiam familiarem sermonem condire et exornare ejusmodi dictis, quae quasi eruditiorum hominum tesserae notaeque haberi possint. Ac quoties exaudiunt tales elegantias, tam significanter annuunt loquenti, ut Eumaeum, dium subulcum, cernere tibi videaris, affirmantem: „Cognosco, sapio, bene cordatum monuisti!“ Et sunt sane qui intelligant, est qui se intelligere simulet. Causarum ille patronus, quum peroraret: „Si quis vestrum,“ inquit, „judices humanissimi, forsan dubitare etiam possit de causa mea, Ciceronianum illud animo recordetur: „Si legendarum indicasse, da mites dicant se statuisse.“ Atque judicum unum alterumve capite annuisse puta, tanquam egregie illud dictum diuque ipsi notum fuisset. Verba autem non Ciceroniana erant, sed Germanica, latine pronuntiata.

Neque dulcedini tantum, sed et utilitati inserviat libellus. Velim enim scholae magistris quasi promtuarium sit exemplorum, quibus prosodica et grammatica ars exerceatur. Longum enim est, ut ajunt, iter per praecepta, breve et efficax per exempla. Exemplorum autem, edepol, quam misera et putida farragine libri grammatici sunt referti! Qualia in legendo forte occurrerunt, excipiuntur: memoriane digna sint, nil interest, dummodo ad illustrandas regulas idonea videantur. Quid mirum, quod aut futilia plerumque

aut certe a discentium captu et intellectu prorsus aliena sint? quid mirum, quod aegre memoriae mandentur et tam cito abjiciantur, quam Leucotheae vitta in fluctus rejiciebatur, ubi in ripa quis constitisset. — Debetur haec quoque puero reverentia, ut grammaticis exemplis non taedium moveatur et torqueatur animus, sed ut alatur et alliciatur. Hoc sententiarum facundia versuumque elegantia facillime consequaris. Ejusmodi exempla facilius fere percipiuntur, fidelius tenentur; illis pueri rythmo assuefiunt, revocanturque interdum in memoriam res, quae oblivioni obnoxiae esse solent. Si quis puer didicit: „Pauperis est, numerare pecus," ipso versu monebitur adolescens, ne pauperi perperam pro genitivo utatur, quoniam haec forma metro repugnat. Cogit denique versus, ut, quae discuntur, accurate discantur: nec scio an nullius rei principiis fortius sit obstandum, quam dissolutae in discendo negligentiae.

Proverbia gnomasque quum antiquitus tum nuper ab aliis editas esse non ignoro, suppressissemque meas, nisi crederem, assidua perpetuaque lectione multas etiamnunc ex veterum scriptis erui posse. Quae quum nocturna ego diurnaque manu diu versaverim, contigit mihi, ut intra arctiores libri mei fines multo plures sententias, me judice notabiles, edere potuerim, quam ante me viri docti ediderunt. Honoris causa C. E. Georges gnomologiam laudo, laudavique alio loco: sed de hisce meis mille et ducentis sententiis in eo libro tertia tantummodo pars legitur. Multa quidem praetermisit de consilio: non pauca tamen recepturum fuisse credo, si in promtu fuissent. Quare nonnullis etiam hancce dactyliothecam gratam fore speraverim. — Sententiae omnes ex veterum scriptorum unoquoque, recentiorum nullo accurate transscriptae sunt ita, ut nulla non ex ipso fonte optimisque libris sit depromta, nulla non suis verbis, nec immutatis nec intermissis, sit posita. Paucas etiam, quae pro veteribus haberi solent, adscripsi ideo, ut recentiores esse appareat. Si quis forte hanc illamve memoratu vix dignam meque proverbiali specie deceptum esse dicat, non est quod magnopere obloquar; si quis hanc illamve deside-

ret, delectus ea culpa est, non ignorantiae; confido enim, admodum paucas me fugisse, quin de omittendis recipiendisve dubitaverim. Denique quae quis supervacanea, vel desideranda, vel errata — (legatur n. 327. parva n. 386. nostras n. 482. occulte n. 646 Nihil n. 872 patefacta) — invenerit, si candidus mihi impertire voluerit, summa me gratia adstringet. — Tu autem, prima culte mihi, summa pietate colende, hac qua Te florere laetamur viriditate, diu supersis. Ita Tibi Tuisque, ita Gryphiae, ita literis et humanitati summum numen faveat.

Dabam Sundiae Cal. Jun. 1863.

**Carolus Kruse.**



Abdita quid prodest generosi vena metalli — Pan. ad. Pis. 213.
si cultore caret?

Ab Jove principium, Musae; Jovis omnia plena. — Verg. Ecl. 3. 60.

. . . Absentem qui rodit amicum, — Hor. Sat. I. 4. 81.
qui non defendit alio culpante, solutos
qui captat risus hominum famamque dicacis,
fingere qui non visa potest, commissa tacere
qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Absenti nemo ne nocuisse velit. — Prop. El. III. 19. 32.

5 A cane non magno saepe tenetur aper. — Ovid. Rem. 422.

Accipe quam primum: brevis est occasio lucri. — Mart. Epigr. VIII. 9. 3.

Acer et ad palmae per se cursurus honores, — Ovid. ex Pont. II. 11. 21.
si tamen horteris, fortius ibit equus.

Ac vindicta bonum vita jucundius ipsa. — Juv. Sat. 13. 180.

Adde quod ingenium longa rubigine laesum — Ovid. Trist. V. 12. 21.
torpet, et est multo, quam fuit ante, minus.

10 Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes — Ovid. ex Pont. II. 9. 47.
emollit mores nec sinit esse feros.

Adde quod ingrato meritorum judice virtus — Lucan. Phars. 5. 291.
nostra perit: quidquid gerimus, Fortuna vocatur.

Ad generum Cereris sine caede ac vulnere pauci — Juv. Sat. 10. 12.
descendunt reges et sicca morte tyranni.

. . . Ad mores natura recurrit — Juv. Sat. 13. 239.
damnatos, fixa et mutari nescia. Nam quis
peccandi finem posuit sibi?

Adspicis, ut veniant ad candida tecta columbae, — Ovid. Trist. I. 9. 7.
accipiat nullas sordida turris aves?

15 Adspiciunt oculis Superi mortalia justis. — Ovid. Met. 13. 70.

. . . Adversis probitas exercita rebus — Ovid. Trist. V. 5. 49.
tristi materiam tempore laudis habet.

Adversis solenne tuis, sperare secunda. Rutil. Itin. 1. 121.
Aequo animo poenam, qui meruere, ferunt. Ovid. Am. II. 7. 12.
. . . Aequum est Hor. Sat. I. 3. 74.
peccatis veniam poscentem reddere rursus.
20 Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus. Prop. El. III. 10. 7.
. . . A facto propiore priora renarrant. Ovid. Met. 6. 316.
Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas, Ovid. ex Pont. I. 3. 21.
sanabit nulla vulnera cordis ope.
Agricolam laudat juris legumque peritus, Hor. Sat. I. 1. 9.
sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.
Ah crudele genus nec fidum femina nomen! Tib. El. III. 4. 61.
Alba ligustra cadunt *vid.* O formose puer.
25 . . . Alitur vitium vivitque tegendo. Verg. Georg. 3. 454.
. . . Alternant spesque timorque fidem. Ovid. Her. 6. 38.
. . . Amat victoria curam. Catull. Carm. 62. 16.
. . . Amphora coepit Hor. Epist. II. 3. 21.
Institui: currente rota cur urceus exit?
Ampliat aetatis spatium sibi vir bonus: hoc est Mart. Epigr. X. 23. 7.
vivere bis, vita posse priore frui.
30 An nescis longas regibus esse manus? Ovid. Her. 17. 166.
An quodcunque facit Maecenas, te quoque verum est Hor. Sat. II. 3. 312.
tantum dissimilem et tanto certare minorem?
Arbitrii nostri non est *vid.* Quum recte.
Ardua molimur, sed nulla nisi ardua virtus. Ovid. Art. Am. 2. 537.
Ardua per praeceps gloria vadat iter. Ovid. Trist. IV. 3. 74.
Armaque in armatos *vid.* Judice me.
Ars casum simulet. Ovid. Art. Am. 3. 155.
35 . . . Ars deluditur arte. Dion. Cat. Dist. 1. 26.
Ars est captandi, quod nolis, velle videri. Mart. Epigr. XI. 55. 3.
Ars utinam mores animumque effingere posset! Mart. Epigr. X. 32. 5.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, Ovid. ex Pont. I. 6. 7.
pectora mollescunt asperitasque fugit.
. . . Artifices qui facit, usus adest *vid.* Solus.
Asper equus duris contunditur ora lupatis, Ovid. Amor I. 2. 15.
frena minus sentit, quisquis ad arma facit.
40 Asperius nihil est humili, quum surgit in altum. Claud. In Eutrop. I. 181.
Assiduae multis odium peperere querelae. Prop. El. III. 18. 1.
At bene non poterat sine puro pectore vivi. Lucret. de r. n. 1. 18.
At bona pars hominum, decepta cupidine falso, Hor. Sat. I. 1. 62.
„Nil satis est,“ inquit, „quia tanti, quantum habeas sis.

... At haec animos aerugo et cura peculi   Hor. Epist. II. 3. 330.
quum semel imbuerit, speramus carmina fingi
posse linenda cedro et levi servanda cupresso?
45 At non ingenio quaesitum nomen ab aevo   Prop. El. IV. 2. 23.
excidet: ingenio stat sine morte decus.
At pulchrum est digito monstrari et dicier: hic est!   Pers. Sat. 1. 28.
At qui tantuli eget, quanto est opus, is neque limo   Hor. Sat. I. 1. 59.
turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
(At) si divitiae prudentem reddere possent!   Hor. Epist. II. 2. 155.
At si tardus eris, errabis: transiet aetas.   Tib. El. I. 4. 27.
50 ... At suave est, ex magno tollere acervo.   Hor. Sat. I. 1. 51.
Attenuent juvenum vigilatae corpora noctes.   Ovid. Art. Am. 1. 735.
At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,   Tib. El. I. 8. 47.
utere: non tardo labitur illa pede.
Auctor abit operis: sed tamen extat opus.   Consol. ad Liv. 238.
Auctor opus laudat.   Ovid. ex Pont. III. 9. 9.
... Audacia certe Laus erit *vid.* Quodsi deficiant.
55 Audendo magnus tegitur timor.   Lucan Phars. 4. 702.
Audendum est: fortes adjuvat ipsa Venus.   Tib. El. I. 2. 16.
... Audentem forsque Venusque juvant.   Ovid. Art. Am. 1. 608.
Audentes deus ipse juvat.   Ovid. Met. 10. 586.
Audentes Fortuna juvat.   Verg. Aen. 10. 284.
60 Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur   Ovid. Rem. 343.
omnia; pars minima est ipsa puella sui.
Aurea nunc vere sunt saecula: plurimus auro   Ovid. Art. Am. 2. 277.
venit honos, auro conciliatur amor.
ipse licet Musis venias comitatus, Homere:
si nihil attuleris, ibis, Homere foras.
Auri caecus amor ducit in omne nefas.   Rutil. Itin. 1. 358.
Auro pulsa fides, auro venalia jura,   Prop. El. IV. 13. 49.
aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Aurum et opes et rura frequens donabit amicus:   Mart. Epigr. VIII. 18. 9.
qui velit ingenio cedere, rarus erit.
65 Aurum spectato, non quae manus afferat aurum.   Prop. El. V. 5. 53.
Aut non tentaris, aut perfice.   Ovid. Art. Am. 1. 389.
Aut prodesse volunt, aut delectare poëtae,   Hor. Epist. II. 3. 333.
aut simul et jucunda et idonea dicere vitae.
... Aut virtus nomen inane est,   Hor. Epist. I. 17. 41.
aut decus et pretium recte petit experiens vir.
... Avidi veteris mendacia famae Eruimus.   Lucil. Aetn. 566.

70 Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert, Tib. El. I. 7 41.
crura licet dura compede pulsa sonent.
... Barbaries grandis *vid.* Ingenium.
Barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli. Ovid. Trist. V. 10. 37.
Bella gerant alii: Protesilaus amet. Ovid. Her. 13. 84.
Bella viri pacemque gerent, quis bella gerenda. Verg. Aen. 7. 444.
Bellus homo est, flexos qui digerit ordine crines, Mart. Epigr. III. 63. 2.
balsama qui semper, cinnama semper olet.
... Bene qui latuit, bene vixit *vid.* Crede mihi.
75 Blanditiis vult esse locum Venus ipsa: querelis Tib. El. 1. 4. 71.
supplicibus, miseris fletibus illa favet.
... Blandoque veneno Sil. Ital. Pun. 3. 580.
desidiae virtus paulatim evicta senescit.
... Breve sit quod turpiter audes. Juv. Sat. 3. 165.
... Brevis esse laboro, obscurus fio. *vid.* Decipimur.
Bruma recurrit iners. Hor. Carm. IV. 7. 11.

... Caducum Mortali quodcunque datur. Sil. Ital. Pun. 7. 57.
80 Caedimur et totidem plagis consumimus hostem. Hor. Epist. II. 2. 97.
Caedimus inque vicem praebemus crura sagittis. Pers. Sat. 4. 42.
Candida pax homines, trux decet ira feras. Ovid. Art. Am. 3. 502.
Candor in hoc aevo res intermortua paene. Ovid. ex Pont. II. 5. 5.
Cantabit vacuus coram latrone viator. Juv. Sat. 10. 22.
85 Cantet, amat quod quisque, levant et carmina curas. Calp. Ecl. 11. 19.
... Careat successibus opto *vid.* Exitus acta probat.
... Carmen reprendite, quod non Hor. Epist. II. 3. 292.
multa dies et multa litura coërcuit atque
perfectum decies non castigavit ad unguem.
Carmina mansuetus lenia quaerit Amor. Prop. El. I. 9. 12.
... Carmina laetum Ovid. Trist. V. 12. 3.
sunt opus et pacem mentis habere volunt.
Carmina proveniunt animo deducta sereno. Ovid. Trist. I. 1. 39.
90 Carmina secessum scribentis et otia quaerunt. Ovid. Trist. I. 1. 41.
Carmine di superi placantur, carmine manes. Hor. Epist. II. 1. 138.
Carmine fit vivax virtus, expersque sepulcri Ovid. ex Pont. IV. 8. 47.
notitiam serae posteritatis habet.
Carminibus quaero miserarum oblivia rerum. Ovid. Trist. V. 7. 65.
... Carpent tua poma nepotes. Verg. Ecl. 9. 50.
95 Carpe viam, mihi crede, comes, terrestria quando Hor. Sat. II. 6. 93.
mortales animas vivunt sortita, neque ulla est,

aut magno aut parvo leti fuga: quo, bone, circa,
dum licet, in rebus jucundis vive beatus,
vive memor, quam sis aevi brevis.
Casta mihi domus et celso stant colle penates: Sil. Ital. Pun. 15. 101.
ardua saxoso perducit semita clivo (ait Virtus).
Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis. Hor. Sat. II. 1. 26.
Casus ubique valet: semper tibi pendeat hamus. Ovid. Art. Am. 3. 425.
quo minime credis gurgite, piscis erit.
... Catilinam *vid.* Dociles.
Causa jubet melior Superos sperare secundos. Lucan. Phars. 7. 350.
Causa patrocinio *vid.* Neu cave.
100 ... Cave faxis Te quicquam indignum. Hor. Sat. II. 3. 28.
Cedamus: leve fit, quod bene fertur, onus. Ovid. Amor. I. 2. 10.
Cedamus patria: vivant Artorius istic Juv. Sat. 3. 29.
et Catulus: maneant, qui nigrum in candida vertunt.
Cedant arma togae, concedant laurea linguae. Cic. de off. 1. 22.
Cedant carminibus reges regumque triumphi. Ovid. Amor. I. 15. 33.
105 Cedas: obsequio plurima vincit amor. Tib. El. I. 4. 40.
Cedere divitiis animi fortuna fatetur. Claud. Epist. 3. 5.
Cedere majori virtutis fama secunda est; Mart. de spect. 31.
illa gravis palma est, quam minor hostis habet.
Cede repugnanti: cedendo victor abibis. Ovid. Art. Am. 2. 197.
... Cedit viribus aequum Ovid. Trist V. 7. 47.
victaque pugnaci jura sub ense jacent.
110 Cereus in vitium flecti, monitoribus asper (juvenis), Hor. Epist. II. 3. 163.
utilium tardus provisor, prodigus aeris,
sublimis cupidusque et amata relinquere pernix.
Cernas esse homini quaesitos sponte dolores. (Gell. Noct. Att. 6. 2.)
Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus, Ovid. ex Pont. I. 5. 5.
ut capiant vitium, ni moveantur, aquae.
Citharoedus Ridetur chorda qui semper oberrat eadem. Hor. Epist. II. 3. 355.
Claudite nunc rivos, pueri, sat prata biberunt. Verg. Ecl. 3. 111.
115 Clausa fides miseris, et toto solus in orbe est, Lucan. Phars. 9. 245.
qui velit ac possit victis praestare salutem.
... Clivo sudamus in imo. Ovid. Her. 20. 43.
... Clypeum post vulnera sumo. Ovid. Trist. I. 3. 35.
Coelum, non animum, mutant qui trans mare currunt. Hor. Epist. I. 11. 27.
Collige, virgo rosas, dum flos novus et nova pubes, Auson. de Ros. 49.
et memor esto, aevum sic properare tuum.

120 Commune hoc vitium est: hic vivimus ambitiosa paupertate omnes. Juv. Sat. 3. 182.

Condita (quum) verax aperit praecordia Liber. Hor. Sat. I. 4. 89.

Condo et compono quae mox depromere possim. Hor. Epist. I. 1. 12.

Confugit interdum templi violator ad aram, Ovid. ex Pont. II. 2. 27.
nec petere offensi numinis horret opem.

Conscia mens recti famae mendacia risit: Ovid. Fast. 4. 311.
sed nos in vitium credula turba sumus.

125 Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra Ovid. Fast. 1. 485.
pectora pro facto spemque metumque suo.

Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Dion. Cat. Dist. 1. 17.

Consilium nobis resque locusque dabunt. Ovid. Amor. I. 4. 54

Consule quis aetas longa magistra fuit. Ovid. Her. 5. 96.

Conspicitur nunquam meliore potentia causa, Ovid. ex Pont. II. 9. 15.
quam quoties vanas non sinit esse preces.

130 ... Contendere durum est Cum victore. Hor. Sat. I. 9. 42.

Contra verbosos noli contendere verbis: Dion. Cat. Dist. 1. 10.
sermo datur multis, animi sapientia paucis.

Contudit ingenium patientia longa laborum. Ovid. Trist. V. 12. 31

Conveniens homini est hominem servare voluptas. Ovid. ex Pont. II. 9. 39

Conveniet nulli qui secum dissidet ipse. Dion. Cat. Dist. 1. 4.

135 Corpora debentur maestis exsanguia bustis: Ovid. ex Pont. III. 2. 31.
effugiunt structos nomen honorqne rogos.

Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto Ovid. ex Pont. III. 9. 23.
magnus Aristarcho major Homerus erat.

... Crambe repetita *vid.* Occidit.

... Credat Judaeus Apella, Non ego. Hor. Sat. I. 5. 100.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et intra Ovid. Trist. III. 4. 25.
fortunam debet quisque manere suam.

Crede mihi, miseris coelestia numina parcunt, Ovid. ex Pont. III. 6. 21.
nec semper laesos et sine fine premunt.

140 Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit. Ovid. ex Pont. IV. 12. 47.

Crede mihi, plus est, quam quod videatur, imago. Ovid. Her. 13. 155.

Crede mihi, qnamvis ingentia, Posthume, dona Mart. Epigr. V. 52. 7.
auctoris pereunt garrulitate sui.

Crede mihi, res est ingeniosa dare. Ovid Amor. I. 8. 62.

Credere, pastores, levibus nolite puellis. Calp. Ecl. 3. 90.

145 Credite, credenti nulla procella nocet. Ovid. Amor. II. 11. 22.

Credula res amor est. Ov. Her. 6. 21. Met. 7. 826.

... Credula vitam Tib. El. II. 6. 19.
Spes fovet et fore cras semper ait melius.
Spes alit agricolas, Spes sulcis credit aratis
semina, quae magno fenore reddat ager:
haec laqueo volucres, haec captat arundine pisces,
quum tenues hamos abdidit ante cibus:
Spes etiam valida solatur compede vinctum,
crura sonant ferro, sed canit inter opus.
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crevit, Juv. Sat. 14. 139.
et minus hanc optat qui non habet.
Creverunt et opes et opum furiosa cupido, Ovid. Fast. 1. 211.
et, quum possideant plurima, plura volunt.
150 Crevit in adversis virtus. Lucan. Phars. 3. 614.
Crudeles divi! serpens novus exuit annos: Tib. El. I. 4. 35.
formae non ullam fata dedere moram.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim, Hor. Epist. I. 10. 42.
si pede major erit, subvertet, si minor, uret.
Cui nullus finis cupiendi est, nullus habendi. Auson. Id. 3. 15.
Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat. Pentad. de Narc. 1.
155 Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors. Hor. Epist. I. 14. 11.
Cui scieris non esse parem te, tempore cede. Dion. Cat. Dist. 2. 10.
... Cum sale panis Hor. Sat. 2. 2. 17.
latrantem stomachum bene leniet.
Cuncta manus avidas fugient heredis, amico Hor. Carm. IV. 7. 19.
quae dederis animo.
Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus Ovid. Met. 1. 190.
ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
160 ... Cupias quodcunque necesse est. Lucan. Phars. 4. 487.
... Curae est sua cuique voluptas. Ovid. Art. Am. 1. 749.
Cura fugit *vid.* Vina.
Curando fieri quaedam majora videmus Ovid. ex Pont. III. 7. 25.
vulnera, quae melius non tetigisse fuit.
Cura pii dis sunt, et, qui coluere, coluntur. Ovid. Met. 8. 725.
Cura, quid expediat, prior est, quam quid sit honestum. Ovid. ex Pont. II. 3. 9.
165 Cur ego non votis blandiar ipse meis? Ovid. Amor. II. 11. 54.
Curia pauperibus clausa est: dat census honores. Ovid. Amor. III. 8. 55.
Cur in amicorum vitiis *vid.* Quum tua.
... Curios simulant et Bacchanalia vivunt. Juv. Sat. 2. 3.
... Currit mortalibus aevum Sil. Ital. Pun. 15. 63.
nec nasci bis posse datur: fugit hora rapitque

Tartareus torrens, ac secum ferre sub umbras,
si qua animo placuere, negat.
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? Hor. Sat. I. 1. 53.

170 . . . Dabiturque licentia sumta pudenter. Hor. Epist. II. 3. 51
Danda est ellebori multo pars maxima avaris. Hor. Sat. II. 3. 82.
Dantur opes nullis *vid.* Semper eris pauper.
Da requiem: requietus ager bene credita reddit. Ovid. Art. Am. 2. 351.
Da spatium tenuemque moram: male cuncta ministrat Stat. Theb. 10. 704.
impetus.
Da spatium vitae, multos da, Jupiter, annos. Juv. Sat. 10. 183.
. . . Dat census honores *vid.* Curia *vid.* In pretio.
175 Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Juv. Sat. 2. 63.
Debemur morti nos nostraque. Hor. Epist. II. 3. 63.
Decipimur specie recti. Brevis esse laboro, Hor. Epist. II. 3. 25.
obscurus fio.
Deficit auditor, non deficit ipse loquendo. Maxim.(Gall.)El. 1. 203.
O sola fortes garrulitate senes.
Degeneres animos timor arguit. Verg. Aen. 4. 13.
Delphinum silvis appingit *vid.* Qui variare cupit.
180 Deme supercilio nubem; plerumque modestus Hor. Epist. I. 18. 94.
occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
De nihilo nihil *vid.* Gigni.
Denique non omnes eadem mirantur amantque. Hor. Epist. II. 2. 58.
Denique non parvas animo dat gloria vires. Ovid. Trist. V. 12. 37.
Denique quid verbis opus est? spectemur agendo. Ovid. Met. 13. 120.
Denique sit quidvis simplex dumtaxat et unum. Hor. Epist. II. 3. 23.
185 . . . Denique te ipsum Hor. Sat. I. 3. 34.
concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim
natura aut etiam consuetudo mala; namque
neglectis urenda filix innascitur agris.
Derisor vero plus laudatore movetur. Hor. Epist. II. 3. 433.
Desine de quoquam quicquam bene velle mereri Catull. Carm. 73. 1.
aut aliquem fieri posse putare pium.
Desine dissimulare: deus crudelius urit Tib. El. I. 8. 7.
quos videt invitos succubuisse sibi.
Despice divitias si vis animo esse beatus. Dion. Cat. Dist. 4. 1.
190 . . . Det munera canus amator. Tib. El. I. 8. 29.
Detur inoffensae metam tibi tangere vitae. Ovid. Trist. I. 9. 1.

Dextera praecipue capit indulgentia mentes, Ovid. Art. Am. 2. 145.
asperitas odium, saevaque verba, movent.
Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras. Tib. El. II. 2. 1.
Dicendum est: frustra circumvehor omnia verbis. Ciris 271.
195 Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum. Pers. Sat. 2. 69.
Differ: habent parvae commoda magna morae. Ovid. Fast. 3. 394.
Differtur, nunquam tollitur ullus amor. Prop. El. II. 3. 8.
Difficile est longum subito deponere amorem. Catull. Carm. 76. 13.
Difficile est satiram non scribere! Juv. Sat. 1. 30.
200 Difficile est tristi fingere mente jocum. Tib. El. IV. 6. 34.
Difficilis, querulus, laudator temporis acti Hor. Epist. II. 3. 173.
se puero; castigator, censorque minorum (senex).
... Digito compesce labellum. Juv. Sat. 1. 160.
Diligitur nemo nisi cui Fortuna secunda est; Ovid. ex Pont. II. 3. 23.
quae simul intonuit, proxima quaeque fugat.
Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude; Hor. Epist. I. 2. 40.
incipe: qui recte vivendi prorogat horam,
rusticus expectat dum defluat amnis; at ille
labitur et labetur in omne volubilis aevum.
205 ... Di nostra incepta secundent! Verg. Aen. 7. 2 9.
Di (qui) praeceptorem sancti voluere parentis Juv. Sat. 7. 209.
esse loco.
... Diram qui contudit hydram Hor. Epist. II. 1. 10.
notaque fatali portenta labore subegit,
comperit invidiam supremo fine domari.
Disce bonas artes, moneo, Romana juventus. Ovid. Art. Am. 1. 459.
Disce, sed a doctis. Dion. Cat. Dist. 4. 23.
210 Discite justitiam moniti et non temnere divos. Verg. Aen. 6. 620.
Discit enim citius, meminitque libentius illud, Hor. Epist. II. 1. 262.
quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.
Discite quam parvo liceat producere vitam. Lucan. Phars. 4. 377.
Discite venturam jam nunc lenire senectam. Prop. El. V. 11. 93.
Discitur, innocuas ut agat, facundia, causas: Ovid. Trist. II. 273.
protegit haec sontes, immeritosque premit.
215 ... Dis proximus ille Claud. Theodos. 227.
quem ratio, non ira movet, qui facta rependens
consilio punire potest.
Diversos diversa juvant: non omnibus annis Maxim.(Gall.)El. 1. 103
omnia conveniunt: res prius apta nocet.

Divitiae grandes homini sunt, vivere parce — Lucr. de rer. n. 5. 1117.
aequo animo, neque enim est unquam penuria parvi.

Divitiisne *vid.* Utrumne.

Dixerit insanum qui me, totidem audiet. — Hor. Sat. II. 3. 298.

... Dociles imitandis — Juv. Sat. 14. 40.
turpibus ac pravis omnes sumus et Catilinam
quocunque in populo videas, quocunque sub axe,
sed nec Brutus erit Bruti nec avunculus usquam.

220 ... Dolor est medicina doloris. — Dion. Cat. Dist. 4. 40.

... Dolor hic tibi proderit olim *vid.* Perfer.

Donec eris felix, multos numerabis amicos, — Ovid. Trist. I. 9. 5.
tempora si fuerint nubila, solus eris.

Dulce mori miseris, sed mors optata recedit: — Maxim.(Gall.) El.1.115.
at quum tristis erit, praecipitata venit.

Dulcia non ferimus, succo renovemur amaro. — Ovid. Art. Am. 3. 583.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici, — Hor. Epist. I. 18. 86.
expertus metuit.

225 ... Dulcissima prima voluptas. — Grat. Falisc. Cyn. 283.

Dulcius in solitis cantat Philomela rubetis. — Maxim. (Gall.) El. 2. 47.

... Dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas, — Juv. Sat. 9. 128.
poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Dum licet in rebus *vid.* Carpe.

Dummodo pugnando superem, tu vince loquendo. — Ovid. Met. 9. 30.

Dummodo sit dives, barbarus ipse placet. — Ovid. Art. Am. 2. 276.

230 Dum sibi quisque placet, credula turba sumus. — Ovid. Rem. 686.

Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi. — Ovid. Rem. 615.

Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus, — Prop. El. V. 5. 57.
utere, ne quid cras libet ab ore dies.

Dum vires annique sinunt, tolerate labores: — Ovid. Art. Am. 2. 669.
jam veniet tacito curva senecta pede.

Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. — Hor. Sat. I. 2. 24

235 ... Dum vitat humum nubes et inania captat. — Hor. Epist. II. 3. 230.

Dura satis miseris memoratio prisca bonorum. — Maxim.(Gall.) El.1.291.

Durate et vosmet rebus servate secundis. — Verg. Aen. 1. 207.

Durius in terris nihil est, quod vivat, amante, — Prop. El. III. 17. 9.
nec, modo si sapias, quod minus esse velis.

... Egomet mi ignosco, Maenius inquit. — Hor. Sat. I. 3. 23.

240 ... Ego te intus et in cute novi. — Pers. Sat. 3. 30.

... Ego utrum Hor. Sat. II. 2. 199.
nave ferar magna an parva, ferar unus et idem.
... Egregios invitant praemia mores. Claud. Stil. 2. 125.
... Eheu Hor. Sat. I. 3. 66.
quam temere in nosmet legem sancimus iniquam.
Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est, Auson. Epigr. 44. 1.
doctum et grammaticum te, Philomuse, putas?
245 ... En, quis consevimus agros? Verg. Ecl. 1. 72.
Ergo sollicitae tu causa, pecunia, vitae es, Prop. El. IV. 7. 1.
per te immaturum mortis adimus iter!
tu vitiis hominum crudelia pabula praebes,
semina curarum de capite orta tuo.
Esse bonam facile est, ubi, quod vetet esse, remotum est. Ovid. Trist. V. 14. 25.
Esse deos natura docet, non esse timendos Dido ad Aen. 116.
rerum facta probant.
Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Ovid. Her. 12. 21.
250 Est aliquid valida sceptra tenere manu. Ovid. Rem. 480.
Est amor et rerum cunctis tutela suarum. Val.Flacc.Argon.5.643.
Est cupidus *vid.* Scilicet est cupidus.
Est deus in nobis, agitante calescimus illo. Ovid. Fast. 6. 5.
Est deus in nobis et sunt commercia coeli. Ovid. Art. Am. 3. 549.
Est etiam miseris pietas et in hoste probatur. Ovid. Trist. I. 9. 35.
255 ... Est locus uni Cuique suus. Hor. Sat. I. 9. 51.
Est mala, sed cunctis ista terenda via est. Prop. El. IV. 18. 22.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Hor. Sat. I. 1. 106.
quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. Hor. Epist. I. 1. 32.
Est virtus placitis abstinuisse bonis. Ovid. Her. 17. 98.
260 Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis. Ovid. ex Pont. II. 3. 53.
Et cum fortuna statque caditque fides. Ovid. ex Pont. II. 3. 10.
Et dominum mundi flectere vota valent. Mart. Epigr. VIII. 23. 6.
Et fractis rebus violentior ultima virtus. Sil. Ital. Pun. 1. 560.
Et genus et formam *vid.* Scilicet uxorem.
Et genus et virtus, nisi cum re, vilior alga est. Hor. Sat. II. 5. 8.
265 Et lacrimae prosunt, lacrimis adamanta movebis. Ovid. Art. Am. 1. 659.
Et Luxus populator opum, quem semper adhaerens Claud. Ruf. 1. 35.
infelix humili gressu comitatur Egestas.
Et magis adducto pomum decerpere ramo, Ovid. ex Pont. III. 5. 19.
quam de caelata sumere lance juvat.

Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo — Ovid. Rem. 323.
pro vitio virtus crimina saepe tulit.
Et memorem famam, quod bene cessit, habet. — Ovid. Fast. 2. 380.
270 Et mihi res, non me rebus subjungere conor. — Hor. Epist. I. 1. 19.
Et monet, aetatis specie, dum floreat, uti, — Ovid. Fast. 5. 353.
contemni spinam quum cecidere rosae.
Et piscatorem piscis amare potest? — Mart. Epigr. VI. 63. 6.
Et platani platanis alnoque assibilat alnus. — Claud. nupt. Hon. 68.
Et semel emmissum volat irrevocabile verbum. — Hor. Epist. I. 18. 71.
275 Excepto quod non simul esses, caetera laetus. — Hor. Epist. I. 10. 50.
Excitat auditor studium, laudataque virtus — Ovid. ex Pont. IV. 2. 35.
crescit et immensum gloria calcar habet.
... Excludit sanos Helicone poetas Democritus. — Hor. Epist. II. 3. 296.
... Excludit veteres nova gratia curas. — Auson. Mosell. 207.
... Exeat aula — Lucan. Phars. 8. 492.
qui vult esse pius: virtus et summa potestas
non coëunt.
280 Exemplumque dei quisque est in imagine parva. — Manil. Astron. 4. 888.
Exigua est virtus, praestare silentia rebus, — Ovid. Art. Am. 2. 603.
at contra gravis est culpa, tacenda loqui.
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim. — Hor. Epist. II. 2. 198.
Exilis domus est ubi non et plura supersunt. — Hor. Epist. I. 6. 45.
Exit in immensum fecunda licentia vatum. — Ovid. Amor. III. 12. 41.
285 Exitus acta probat. Careat sucessibus, opto, — Ovid. Her. 2. 85.
quisquis ab eventu facta notanda putat.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. — Verg. Aen. 4. 625.
Exspectare Solon finem docet. — Auson. Sept. Sap. S. 8. 7.
Expedit esse deos: et, ut expedit, esse putemus. — Ovid. Art. Am. 1. 636.
Expertus dico: nemo est in amore fidelis. — Prop. El. III. 34. 3.
290 Expletur lacrimis egeriturque dolor. — Ovid. Trist. IV. 3. 38.
Explorant adversa viros, perque aspera duro — Sil. Ital. Pun. 4. 603.
nititur ad laudem virtus interrita clivo.
Extra fortunam est quidquid donatur amicis. — Mart. Epigr. V. 42. 7.
Exultat levitate puer, gravitate senectus. — Max. (Gall.) El. 1. 105.
... Ex ungue leonem. — (Alcaeus ap. Plut. de def. or. 3. Diogenian. 5, 15.)

295 ... Facies tua computat annos. — Juv. Sat. 6. 199.
... Facilis descensus Averni. — Verg. Aen. 6. 126.
... Facit indignatio versum *vid.* Si natura negat.
Fac tantum incipias: sponte disertus eris. — Ovid. Art. Am. 1. 610.

Fac vivas contentus eo quod tempora praebent. Dion. Cat. Dist. 3. 11.
Fallere credentem non est operosa puellam Ovid. Her. 2. 63.
gloria: simplicitas digna favore fuit.
300 Fallite fallentes: ex magna parte profanum Ovid. Art. Am. 1. 645.
sunt genus; in laqueos, quos posuere, cadant.
Fallit enim vitium specie virtutis et umbra. Juv. Sat. 14. 109.
Fallitur augurio spes bona saepe suo. Ovid. Her. 17. 234.
... Falso plurima vulgus amat. Tib. El. III. 3. 20
Falsus honor juvat et mendax infamia terret Hor. Epist. I. 16. 39.
quem nisi mendosum et mendacem?
305 Fama malum, quo non aliud velocius ullum Vergl. Aen. 4. 174.
mobilitate viget viresque acquirit eundo;
parva metu primo, mox sese attollit in auras,
ingrediturque solo et caput inter nubila condit....
tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.
Famaque post cineres major venit. Ovid. ex Pont. IV. 16.3.
... Fas est et ab hoste doceri. Ovid. Met. 4. 428.
Fastus inest pulchris sequiturque superbia formam. Ovid. Fast. 1. 419.
Fata manent omnes, omnes expectat avarus Consol. ad Liv. 357.
portitor, et turbae vix satis una ratis.
tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
omnia sub leges mors vocat atra suas.
310 Fata regunt orbem, certa stant omnia lege. Manil. Astron. 4. 14.
Fata viam invenient. Vergl. Aen. 3. 395. 10. 113.
Fecundi calices quem non fecere disertum, Hor. Epist. I. 5. 19.
contracta quem non in paupertate solutum?
Felicem scivi, non qui, quod vellet, haberet, Auson. Idyll. 2. 23.
sed qui per fatum non data non cuperet.
Felix agrestum quondam pacata juventus, Prop. El. 4. 13. 25.
divitiae quorum messis et arbor erant.
315 Felix grammaticus non est. Auson. Epigr. 136, 1.
Felix, qui patriis aevum transegit in agris, Claud. Epigr. 2, 1.
ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem,
qui baculo nitens, in qua reptavit arena
unius numerat saecula longa casae.
illum non vario traxit Fortuna tumultu,
nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas Verg. Georg. 2. 490.
atque metus omnes et inexorabile fatum
subjecit pedibus strepitumque Acherontis avari.

Felix qui quod amat defendere fortiter audet. Ovid. Amor. II. 5. 9.
... Felix se nescit amari. Lucan. Phars. 8. 728.
320 Femina natura varium et mutabile semper. Cornel. Gall. El. 21.
Fertilior seges est alienis semper in agris, Ovid. Art. Am. 1. 349.
vicinumque pecus grandius uber habet.
Fertilis assiduo si non renovetur aratro Ovid. Trist. V. 12. 23.
nil nisi cum spinis gramen habebit ager:
tempore qui longo steterit, male curret et inter
carceribus missos ultimus ibit equos:
vertitur in teneram cariem rimisque dehiscit,
si qua diu solitis cymba vacavit aquis.
Festina lente! Sucton. Octav. 25.
Ficta voluptatis causa sint proxima veris, Hor. Epist. II. 3. 338.
nec, quodcunque volet, poscat sibi fabula credi.
Fingere qui non visa potest *vid.* Absentem.
325 Firma valent per se nullumque Machaona quaerunt; Ovid. ex Pont. III. 4. 7.
ad medicam dubius confugit aeger opem.
Fistula dulce canit volucres dum decipit auceps. Dion. Cat. Dist. 1. 27.
Flamma recens parsa sparsa resedit aqua. Ovid. Her. 17. 190.
Flebile principium melior fortuna secuta est. Ovid. Met. 7. 518.
Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo. Verg. Aen. 7. 312.
330 Flectitur iratus voce rogante deus. Ovid. Art. Am. 1. 442.
Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis? Ovid. Trist. V. 6. 7.
ne fuge, neve tua sit minor arte fides.
Foenum habet in cornu, longe fuge! Hor. Sat. I. 4. 34.
Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos Ovid. Art. Am. 2. 113.
fit minor et spatio carpitur ipsa suo.
nec violae semper nec hiantia lilia florent,
et riget amissa spina relicta rosa.
et tibi jam cani venient, formose, capilli,
jam venient rugae, quae tibi corpus arent.
jam molire animum, qui duret, et adstrue formae.
solus ad extremos permanet ille rogos.
Forma viros neglecta decet. Ovid. Art. Am. 1. 509.
335 ... Forsan et haec olim meminisse juvabit. Verg. Aen. I. 203.
... Forsan miseros meliora sequentur. Verg. Aen. 12 153.
Fors juvat audentes, Cei sententia vatis. Claud. Epist. 4. 9.
... Fors omnia versat. Verg. Ecl. 9. 5.
... Fortem hoc animum tolerare jubebo; Hor. Sat. II. 5. 20.
et quondam majora tuli.

Fortem posce animum *vid.* Orandum.
340 Fortibus est fortuna viris data. Enn. Annal. 262.
Fortior in fulva novus est luctator arena. Ovid. Trist. IV. 6. 31.
Fortiter ille facit, qui miser esse potest *vid.* Rebus.
Fortius ignotas molimur pectore curas. Lucil. Aetn. 24.
... Fortuna miserrima tuta est. Ovid. ex Pont. II. 2. 31.
Fortunam reverenter habe, quicunque repente ; Auson. Epigr. 8. 7.
dives ab exili progrediere loco.
... Fortuna volubilis errat *vid.* Passibus.
345 Frangit et attollit vires in milite causa, Prop. El. V. 6. 51.
quae nisi justa subest, excutit arma pudor.
... Frangit fortia corda dolor. Tib. El. III. 2. 6.
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis. Prop. El. IV. 13. 60.
Fraude perit virtus. Ovid. Fast. 2. 227.
Fronte capillata, post est occasio calva. Dion. Cat. Dist. 2. 26.
350 Fronti nulla fides. Juv. Sat. 2. 8.
... Fuge magna: licet sub paupere tecto Hor. Epist. I. 10. 32.
reges et regum vita praecurrere amicos.
... Fugit irreparabile tempus *vid.* Sed fugit.
... Fuimus Troes, fuit Ilium et ingens Verg. Aen. 2. 325.
gloria Teucrorum.
... Fungar vice cotis, acutum Hor. Epist. II. 3. 304.
reddere quae ferrum valet, exsors ipsa secandi.
... Furor est post omnia perdere naulum. Juv. Sat. 8. 97.
355 ... Furor iraque mentem Praecipitant. Verg. Aen. 2. 316.

... Gallinae filius albae *vid.* Tu gallinae.
Gaude sorte tua. Hor. Epod. 14. 15.
... Gaudet patientia duris: Lucan. Phars. 9. 402.
laetius est, quoties magno sibi constat, honestum.
Gaudia principium nostri sunt, Phoce, doloris. Ovid. Met. 7. 796.
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas, Hor. Epist. II. 2. 180.
argentum, vestes Gaetulo murice tinctas
sunt qui non habeant, est qui non curat habere.
360 ... Gigni Pers. Sat. 3. 83.
de nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.
Gloria cuique sua est. Tib. El. I. 4. 77.
Graeculus esuriens in coelum, jusseris, ibit. Juv. Sat. 3. 78.
Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Hor. Epist. II. 3. 323.
Musa loqui, praeter laudem nullius avaris:

Romani pueri longis rationibus assem
discunt in partes centum diducere.
Grammatici certant et adhuc sub judice lis est. **Hor. Epist. II. 3. 78.**
365 ... Grande dolori **Ovid. Met. 6. 573.**
ingenium est, miserisque venit sollertia rebus.
Grande voco meritum moestae solatia mentis. **Ovid. ex Pont. II. 11. 11.**
Grata superveniet *vid.* Omnem crede diem.
Gratior est modicis haustibus unda siti. **Rutil. Itin. 2. 6.**
Gratior et pulchro veniens in corpore virtus. **Vergl. Aen. 5. 344.**
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae. **Ovid. ex Pont. III. 5. 18.**
370 Gratum est, quod patriae civem populoque dedisti, **Juv. Sat. 14. 70.**
si facis ut patriae sit idoneus, utilis agris,
utililis et bellorum et pacis rebus agendis;
plurimum enim intererit, quibus artibus et quibus hunc tu
moribus instituas.
... Grex totus in agris **Juv. Sat. 2. 79.**
unius scabie cadit et porrigine porci
uvaque conspecta livorem ducit ab uva.
Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu, **Ovid. ex Pont. IV. 10. 5.**
et teritur pressa vomer aduncus humo.
Gutta cavat lapidem non vi sed saepe cadendo. **?**

... Habent sua fata libelli *vid.* Pro captu.
... Hac urget lupus, hac canis, ajunt. **Hor. Sat. II. 2. 64.**
Haec mea militia est: gerimus quae possumus arma. **Ovid. Fast. 2. 9.**
375 Haec placuit semel, haec decies repetita placebit (poesis). **Hor. Epist. II. 3. 365.**
Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat **Juv. Sat. 3. 164.**
res angusta domi.
... Haud ulla carina Consenuit. **Prop. El. IV. 7. 35.**
Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas, **Prop. El. IV. 5. 13.**
nudus ad infernas, stulte, vehere rates.
... Heu, Fortuna, quis est crudelior in nos **Hor. Sat. II. 8. 61.**
te deus? Ut semper gaudes illudere rebus
humanis!
380 Heu, patior telis vulnera facta meis! **Ovid. Her. 2. 48.**
Heu, quam difficile est crimen non prodere vultu! **Ovid. Met. 2. 447.**
Heu, quantum per se candida forma valet! **Prop El. III. 29. 30.**
Heu, sero revocatur amor seroque juventa, **Tib. El. I. 8. 41.**
quum vetus infecit cana senecta caput.
Hic fossa est ingens, hic rupes maxima; serva! **Hor. Sat. II. 3. 49.**

385 ... Hic murus aëneus esto: Hor. Epist. I. 1. 60.
nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
...Hic niger est *vid.* Absentem.
Hic Rhodus, hic salta. ?
Hic teneat nostros ancora jacta rates. Ovid. Art. Am. 1. 772.
Hinc illae lacrimae. Hor. Epist. I. 19. 41.
Hoc opus, hic labor est. Verg. Aen. 6. 129.
Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Juv. Sat. 6. 223.
390 Horrea formicae tendunt ad inania nunquam: Ovid. Trist. I. 9. 9.
nullus ad amissas ibit amicus opes.
Horrent admotas vulnera cruda manus. Ovid. ex Pont. I. 3. 16.
Humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem Ovid. Trist. III. 11. 67.
et premit, incertas ipse verere vices.
Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo, Pers. Sat. 2. 1.
qui tibi labentes apponit candidus annos.
funde merum genio! non tu prece poscis emaci
quae nisi seductis nequeas committere divis.
Hunc, quem coena tibi, quem mensa paravit amicum, Mart. Epigr. IX. 15. 1.
esse putas fidae pectus amicitiae?
aprum amat et mullos et sumen et ostrea, non te:
tam bene si coenem, noster amicus erit.

...Ibi fas, ubi maxima merces *vid.* Nulla fides.
395 I, bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto, Hor. Epist. II. 2. 37.
grandia laturus meritorum praemia.
I, decus, i nostrum, melioribus utere fatis! Verg. Aen. 6. 546.
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta Ovid. Trist. II. 267.
comparat, audaces instruit igne manus.
...Ignoscite si quid Intumuit pietas. Claud. rapt. Pros. 3. 295
...Ignoti nulla cupido. Ovid. Art. Am. 3. 397
400 Ignotum tibi tu noli praeponere notis. Dion. Cat. Dist. 1. 32.
Iliacos intra muros *vid.* Seditione.
Ille crucem sceleris *vid.* Multi.
Ille dolet vere, qui sine teste dolet. Mart. Epigr. I. 33. 4.
Ille tuus pennas tam cito vertit amor? Prop. El. III. 24. 22.
Illud Amicitiae sanctum ac venerabile numen Ovid. ex Pont. II. 3. 19.
prostat et in quaestu pro meretrice sedet.
...Immedicabile vulnus *vid.* Cuncta.
...Immensa est finemque potentia coeli Ovid. Met. 8. 618.
non habet et quidquid Superi voluere, peractum est.

... Immensum gloria *vid.* Excitat.
405 Immodicis brevis est aetas et rara senectus. Mart. Epigr. VI. 29. 7.
quidquid amas, cupias non placuisse nimis.
Immortalia ne speres, monet annus et almum Hor. Carm. IV. 7. 7.
quae rapit hora diem.
Immutabile enim quiddam superare necesse est. Lucr. de r. n. I. 738. II. 749.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte Ovid. Rem. 123.
respuit atque odio verba monentis habet.
Imperat aut servit collecta pecunia cuique, Hor. Epist. I. 10. 47.
tortum digna sequi potius, quam ducere funem.
410 Impia sub dulci melle venena latent. Ovid. Amor. I. 8. 104.
Impiger extremos curris mercator ad Indos, Hor. Epist. I. 1. 45.
per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
ne cures ea, quae stulte miraris et optas,
discere et audire et meliori credere non vis?
Improbitas illo fuit admirabilis aevo. Juv. Sat. 13. 53.
... In audaces non est audacia tuta. Ovid. Met. 10. 544.
In brevibus nunquam sese probat Aeolus antris. Claud. Epist. 1. 35.
415 In causa facili cuivis licet esse diserto. Ovid. Trist. III. 11. 21.
Incidit in Scyllam qui vult vitare charybdin.*) ?
Incipe *vid.* Dimidium.
In commune jubes si quid censesve tenendum, Claud. Honor. IV. 296.
primus jussa subi: tunc observantior aequi
fit populus, nec ferre negat, quum viderit ipsum
auctorem parere sibi. Componitur orbis
regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
humanos edicta valent, ut vita regentis.
mobile mutatur semper cum principe vulgus.
In culpa est animus qui se non effugit unquam. Hor. Epist. I. 14. 13.
In cute curanda plus aequo operata juventus. Hor. Epist. I. 2. 29.
Inde datae leges ne firmior omnia posset. Ovid. Fast. 3. 279.
420 Inde fere scelerum causae, nec plura venena Juv. Sat. 14. 173.
miscuit aut ferro grassatur saepius ullum
humanae mentis vitium, quam saeva cupido
indomiti census: nam dives qui fieri vult,
et cito vult fieri. Sed quae reverentia legum,
quis metus aut pudor est unquam properantis avari?

*) Legitur in „Alexandreidos Galteri poetae clarissimi, Libri decem“ V. 304: „Incidis in Scyllam cupiens vitare charybdin“, ita tamen, ut eo tempore (floruit autem c. annum 1160) jam in proverbium abiisse appareat.

Indicium mores nobilitatis habent. Ovid. ex Pont. III. 2. 104.
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. Hor. Epist. II. 3. 359.
Indulge genio; carpamus dulcia: nostrum est, Pers. Sat. 5. 151.
quod vivis: cinis et manes et fabula fies.
vive memor leti, fugit hora.
Indulget Fortuna malis ut laedere possit. Dion. Cat. Dist. 2. 23.
425 Infantem nudum quum te natura crearit, Dion. Cat. Dist. 1. 21.
paupertatis onus patienter ferre memento.
... Infirmis causa pusilla nocet. Ovid. Rem. 730.
In flammam flammas, in mare fundis aquas. Ovid. Amor. III. 2. 34.
In freta collectas alta quid addis aquas? Ovid. Amor. II. 10. 14.
Ingenii dotes corporis adde bonis. Ovid. Art. Am. 2. 112.
... Ingeniis *vid.* Scilicet ingeniis.
430 Ingeniosa gula est. Petr. d. mut. r. r. 33.
... Ingenio stat sine morte decus *vid.* At non.
Ingenio stimulos subdere fama solet. Ovid. Trist. V. 1. 76.
... Ingenium longa *vid.* Adde quod.
Ingenium mala saepe movent. Ovid. Art. Am. 2. 43.
Ingenium probitas, artemque modestia vincit. Stat. Silv. III. 5. 67.
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro: Ovid. Amor. III. 8. 3.
at nunc barbaries grandis habere nihil.
... Ingentes parturit ira minas *vid.* Quos equidem.
... Ingenuas *vid.* Adde quod ingenuas.
... Ingrato *vid.* Adde quod ingrato.
... In magnis et voluisse sat est *vid.* Quodsi.
435 Innocuos censura potest permittere lusus. Mart. Epigr. I. 4. 7.
In pretio pretium nunc est, dat census honores, Ovid. Fast. 1. 217.
census amicitias: pauper ubique jacet.
Inquinat egregios adjuncta superbia mores. Claud. Honor. IV. 305.
Insanus medio flumine quaeris aquam. Prop. El. I. 9. 16.
In silvam non ligna feras insanius. Hor. Sat. I. 10. 34(42).
440 ... In teneris consuescere multum est. Verg. Georg. 2. 272.
Interdum lacrimae pondera vocis habent. Ovid. ex Pont. III. 1 158.
Interdum vulgus rectum videt, est ubi peccat. Hor. Epist. II. 1. 63.
Interea musis, animus dum mollior, insta, Claud. Honor. IV. 396.
et quae mox imitere, legas: nec desinat unquam
tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas.
Intererit multum Davusne loquatur an heros. Hor. Epist. II. 3. 114.
445 Inter finitimos vetus atque antiqua simultas. Juv. Sat. 15. 33.
Inter Ledaeos ridetur corvus olores. Mart. Epigr. I. 53. 8.

Interpone tuis interdum gaudia curis. Dion. Cat. Dist. 3. 6.
Intolerabilius nihil est quam femina dives. Juv. Sat. 6. 460.
... Intra Fortunam debet *vid.* Crede mihi.
Intrat amor mentes usu, dediscitur usu. Ovid. Rem. 503.
qui poterit sanum fingere, sanus erit.
450 Intrepidus quamcumque datis mihi, numina, mortem Lucan. Phars. 5. 658.
accipiam.
Invia virtuti nulla est via. Ovid. Her. 14. 113.
Invidus alterius macrescit rebus opimis; Hor. Epist. I. 2. 57.
invidia Siculi non invenere tyranni
majus tormentum.
Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator, Hor. Epist. I. 1. 38.
nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
si modo culturae patientem commodet aurem.
virtus est vitium fugere et sapientia prima
stultitia caruisse.
In vitium ducit culpae fuga, si caret arte. Hor. Epist. II. 3. 31.
455 Invitum qui servat, idem facit occidenti. Hor. Epist. II. 3. 467.
Ipsae etiam leges cupiunt, ut jure regantur. Dion. Cat. Dist. 3. 16.
Ipsa etiam veniens consumit saxa vetustas Max. (Gall.) El. 1. 273.
et nullum est, quod non tempore cedat, opus.
Ipsa quidem virtus pretium sibi. Claudian. Theod. 1.
Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces; Sil. Ital. Pun. 13. 663.
dulce tamen venit ad manes, quum gratia vitae
durat apud Superos, nec edunt oblivia laudem.
460 Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu, Ovid. Met. 15. 179.
non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen,
nec levis hora potest: sed ut unda impellitur unda,
urgeturque prior veniente, urgetque priorem:
tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur.
Ipse decor, recte facti si praemia desint, Ovid. ex Pont. II. 3. 13.
non movet, et gratis poenitet esse probum.
Ipse licet Musis *vid.* Aurea.
Ipse parens vatum, princeps Heliconis, Homerus Claud. Epigr. 19. 13.
judicis excepit tela severa notae.
Ira furor brevis est: animum rege, qui nisi paret, Hor. Epist. 1. 2. 62.
imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem. Dion. Cat. Dist. 1. 36.
Irus et est subito, qui modo Croesus erat *vid.* Nempe.
465 Is locus officio, quum cessant prospera, quumque Sil. Ital. Pun. 11. 167.

dura ad opem Fortuna vocat. Nam laeta fovere
haudquaquam magni est animi decus: huc age, adeste.
Ite procul durum curae genus, ite labores. Tib. El. III. 6. 7.

... Jam felicior aetas Ovid. Met. 14. 142.
terga dedit, tremuloque gradu venit aegra senectus,
quae patienda diu est.

Jane face aeternos pacem pacisque ministros. Ovid. Fast. 1. 287.

Jejunus raro stomachus vulgaria temnit. Hor. Sat. II. 2. 38.

470 Judice me fraus est concessa repellere fraudem, Ovid. Art. Am. 3. 491.
armaque in armatos sumere jura sinunt.

Judicibus lites, aurigae somnia currus, Claud. Honor. VI. pr. 5.
vanaque nocturnis meta cavetur equis.

Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum Ovid. Trist. I. 1. 37.
quaerere.

Judicium populi nunquam contempseris unus, Dion. Cat. Dist. 2. 29.
ne nulli placeas dum vis contemnere multos.

Jupiter omnipotens, audacibus adnue coeptis. Verg. Aen. 9. 622.

475 Jupiter ex alto perjuria ridet amantum Ovid. Art. Am. 1. 633.
et jubet Aeolios irrita ferre deos.

Jura inventa metu injusti fateare necesse est, Hor. Sat. I. 3. 111.
tempora si fastosque velis evolvere mundi.

... Jussis mora segnis abesto. Ovid. Met. 3. 561.

Justitia utilibus rectum praeponere suadet. Claud. Stil. 2. 103.

... Juvat inconcessa voluptas. Ovid. Amor. III. 4. 31.

480 ... Juvenilibus annis Ovid. Fast. 5. 273.
luxuriant animi corporaque ipsa vigent.

Labitur exiguo quod partum est tempore longo. Dion. Cat. Dist. 2. 17

Labitur oculte fallitque volatilis aetas, Ovid. Met. 10. 519.
et nihil est annis velocius.

Labitur occulte fallitque volatilis aetas Ovid. Amor. I. 8. 49
ut celer admissis labitur amnis aquis.

... Labor ingenium miseris dedit. Manil. Astron. 1. 78.

485 ... Labor omnia vincit Verg. Georg. 1. 145.
improbus et duris urgens in rebus egestas.

... Lacrimarum longa manere Ovid. Met. 4. 695.
tempora nos poterunt, ad opem brevis hora ferendam est.

Laedere qui potuit, prodesse aliquando valebit. Dion. Cat. Dist. 4. 39.

Laetius est *vid.* Gaudet patientia.

Laetus sorte tua vives sapienter, Aristi. Hor. Epist. I. 10. 44.
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis. Ovid. Fast. 1. 225.
... Laudataque virtus crescit *vid.* Excitat.
490 ... Laudas Hor. Sat. II. 7. 22.
fortunam et mores antiquae plebis, et idem,
si quis ad illa deus subito te agat, usque recuses.
Laudatas ostentat avis Junonia pennas, Ovid. Art. Am. 1. 627.
si tacitus spectes, illa recondit opes.
Laudat praeteritos *vid.* Stat dubius.
Laudat venales *vid.* Multa fidem.
... Laudes lauderis ut absens. Hor. Sat. II. 5. 72.
Laurea facundis cesserunt arma togatis. Pan. ad Pis. 36.
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat Claud. Theod. 232.
ultilior, nullas confessus murmure vires.
495 Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est: Ovid. Her. 5. 7.
quae venit indigne poena, dolenda venit.
... Lentescunt tempore curae. Ovid. Art. Am. 2. 357.
... Levant et carmina curas *vid.* Cantet.
... Leve fit quod bene fertur onus *vid.* Cedamus.
... Liceat certos habuisse dolores. Claud. d. r. Pros. 3. 299.
... Liceat concedere veris. Hor. Sat. II. 3. 305.
Linque tuas sedes, alienaque litora quaere Petron. exhort. I.
o juvenis! major rerum tibi nascitur ordo.
500 Lis est cum forma magna pudicitiae. Ovid. Her. 16. 288.
Litis praeteritae noli maledicta referre. Dion. Cat. Dist. 2. 15.
Livor, iners vitium, mores non exit in altos, Ovid. ex Pont. III. 3. 101.
utque latens ima vipera serpit humo.
Longa dies homini docuit parere leones, Tib. El. 1. 4. 17.
longa dies molli saxa peredit aqua.
Longa mora est nobis omnis quae gaudia differt. Ovid. Her. 19. 3.
505 Longius insidias cerva videbit anus. Ovid. Art. Am. 1. 766.
Longius aut propius *vid.* Nec forma.
Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Juv. Sat. 2. 23.
Luce sacra requiescat humus, requiescat arator, Tib. El. II. 1. 5.
et grave suspenso vomere cesset opus.
... Lucri bonus est odor ex re Qualibet. Juv. Sat. 14. 204.
... Ludi quoque semina praebent Nequitiae. Ovid. Trist. II. 279.
510 Ludit in humanis divina potentia rebus, Ovid. ex Pont. IV. 3. 49.
et certam praesens vix habet hora fidem.
Lusus habet finem: cygnis descendere tempus. Ovid. Art. Am. 3. 809.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis, Ovid. Art. Am. 2. 437.
nec facile est aequa commoda mente pati.
Luxuries praedulce malum, quae dedita semper Claud. Stil. 2. 132.
corporis arbitriis hebetat caligine sensus,
membraque Circaeis effeminat acrius herbis;
blanda quidem vultus, sed qua non tetrior ulla
interius.

Macte nova virtute, puer: sic itur ad astra. Verg. Aen. 9. 641.
515 ... Magis illa juvant quae pluris emuntur. Juv. Sat. 11. 16.
Magna fuit quondam capitis reverentia cani. Ovid. Fast. 5. 57.
Magnanima invidia virtus caret. Sil. Ital. Pun. 15. 387.
Magna tamen spes est in bonitate dei. Ovid. ex Pont. I. 6. 46.
... Magnis tamen excidit ausis. Ovid. Met. 2. 328.
520 Major enim mediis gratia rebus inest. Maxim. (Gall.) El. 1. 82.
... Major famae sitis est, quam Juv. Sat. 10. 140.
virtutis! Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
praemia si tollas?
... Major post otia virtus *vid.* Vires.
Major sum quam cui possit Fortuna nocere. Ovid. Met. 6. 195.
... Male cuncta ministrat Impetus· *vid.* Da spatium.
... Male quaeritur herbis, Ovid. Her. 6. 93.
moribus et forma conciliandus amor.
... Male verum examinat omnis Corruptus judex. Hor. Sat. II. 2. 8.
525 Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Juv. Sat. 8. 269.
Aeacidae similis Vulcaniaque arma capessas,
quam te Thersitae similem producat Achilles.
... Manent vestigia ruris. Hor. Epist. II. 1. 160.
Marmora Maeonii vincunt monumenta libelli; ... in ob. Maecen. 37.
vivitur ingenio, caetera mortis erunt.
Maxima debetur puero reverentia. Juv. Sat. 14. 47.
Maxima de nihilo nascitur historia. Prop. El. II. 1. 16.
530 Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. Hor. Sat. II. 3. 121.
Maxima quaeque domus servis est plena superbis. Juv. Sat. 5. 66.
... Mediis tua pinus in undis Navigat. Ovid. Art. Am. 2. 9.
... Mediocribus esse poetis Hor. Epist. II. 3. 372.
non homines, non di, non concessere columnae.
... Medio tutissimus ibis. Ovid. Met. 2. 137.
535 Me dolor et lacrimae merito fecere peritum. Prop. El. I. 9. 7.
Me duce ad hanc voti finem, me milite veni. Ovid Amor. II. 12. 13.

...Memorem famam *vid.* Et memorem.
Mens immota manet, lacrimae volvuntur inanes. Verg. Aen. 4. 449.
...Mercede caret per seque petenda est Ovid. ex Pont. II. 3. 35.
externis virtus incomitata bonis.
...Meritis offertur inemptus Pura mente favor. Claud. Honor. VI. 607.
540 Messe tenus propria vive, et granaria, fas est, Emole. Pers. Sat. 6. 25.
Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Hor. Epist. I. 7. 98.
...Metit Orcus Hor. Epist. II. 2. 178.
grandia cum parvis, non exorabilis auro. (?)
Miles depositis annosus secubat armis, Prop. El. III. 25. 5.
grandaevique negant ducere aratra boves.
Militat omnis amans et habet sua castra Cupido. Ovid. Amor. I. 9. 1.
545 Mille hominum species et rerum discolor usus. Pers. Sat. 5. 52.
Mille modis leti miseros mors una fatigat. Stat. Theb. 9. 280.
...Minuet vindicta dolorem. Ovid. Amor. I. 7. 63.
...Minuit praesentia famam. Claud. b. Gild. 385.
...Minuti Juv. Sat. 13. 189.
semper et infirmi est animi exiguique voluptas Ultio.
550 Miraris, quum tu argento post omnia ponas, Hor. Sat. I. 1. 86.
si nemo praestet, quem non merearis, amorem?
...Miscentur tristia laetis. Ovid. Fast. 6. 463.
...Misera est magni custodia census. Juv. Sat. 14. 304.
...Miserum est aliorum incumbere famae. Juv. Sat. 8. 76.
Mitius ille perit, subita qui mergitur unda, Ovid. ex Pont. III. 7. 27.
quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.
555 Mitte arcana dei coelumque inquirere quid sit. Dion. Cat. Dist. 2. 2.
Mixtaque cum veris passim commenta vagantur Ovid. Met. 12. 54.
millia rumorum, confusaque verba volutant.
Mixta senum ac juvenum densantur funera; nullum Hor. Carm. 1. 28. 19.
saeva caput Proserpina fugit.
Mobile mutatur *vid.* In commune.
Mobilior ventis, o femina! Calp. Ecl. 3. 10.
Mobilis et varia est ferme natura malorum. Juv. Sat. 13. 236.
560 ...Mollissima corda Juv. Sat. 15. 131.
humano generi dare se natura fatetur,
quae lacrimas dedit.
...Moniti meliora sequamur. Verg. Aen. 3. 188.
Mopso Nisa datur! quid non speremus amantes? Verg. Ecl. 8. 26.
...Mora saepe malorum Dat causas. Manil. Astron. 4. 75.
...Mora semper amantes Incitat. Ovid. Art. Am. 3. 473.

565 Morborum in vitio facilis medicina recenti. Grat. Falisc. Cyn. 361.
...Moriar. Mors ultima linea rerum. Hor. Epist. I. 16. 79.
Mors aurem vellens: „Vivite," ait „venio." Verg. Cop. 38.
...Mors morte pianda est. Ovid. Met. 8. 483.
...Mors optata recedit *vid.* Dulce.
Morsque minus poenae quam mora mortis habet. Ovid. Her. 10. 82.

570 ...Mors sola fatetur, Juv. Sat. 10. 172.
quantula sint hominum corpuscula.
...Mortalia facta peribunt: Hor. Epist. II. 3. 68.
nedum sermonum stet honos et gratia vivax.
multa renascentur quae jam cecidere, cadentque
quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi.
Morte mori melius quam vitam ducere mortis. Maxim.(Gall.) El. 1. 265.
Mos ferus audacis populi, quem nulla tenet lex. Auson. Idyll. 12. 11.
...Mulier cupido quod dicit amanti, Catull. Carm. 70. 4.
in vento et rapida scribere oportet aqua.

575 ...Mulier saevissima tunc est, Juv. Sat. 10. 328.
quum stimulos odio pudor admovet.
Multa cadunt inter calicem supremaque labra. (Gell. Noct. Att. 13. 17.)
Multa dies variique labor mutabilis aevi Verg. Aen. 11. 424.
rettulit in melius; multos alterna revisens
lusit et in solido rursus Fortuna locavit.
Multa fidem promissa levant, ubi plenius aequo Hor. Epist. II. 2. 10.
laudat venales, qui vult extrudere, merces.
Multaque, dum fiunt turpia, facta placent. Ovid. Art. Am. 3. 218.
Multa renascentur *vid.* Mortalia facta.
Multa tulit fecitque puer *vid.* Qui studet.

580 ...Multi Juv. Sat. 13. 103.
committunt eadem diverso crimina fato:
ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.
...Multoque in rebus acerbis Lucr. de r. n. 3. 53.
acrius advertunt animos ad relligionem.
Multos imperitare malum: rex unicus esto. (Hom. Il. 2. 204.)
Multum in amore fides, multum constantia prodest. Prop. El. III. 26. 27.
Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque. Ovid. Art. Am. 3. 653.
...Mutato nomine *vid.* Quid rides.

585 Nam crimen nullum vini est, sed culpa bibentis. Dion. Cat. Dist. 2. 21.

Nam genus et proavos, et quae non fecimus ipsi, — Ovid. Met. 13. 140.
vix ea nostra voco.
Nam levius laedit quidquid praevidimus ante. — Dion. Cat. Dist. 2. 24.
Nam melius duo defendunt retinacula navim. — Prop. El. III. 22. 41.
Nam mora dat vires: teneras mora percoquit uvas — Ovid. Rem. 43.
et validas segetes, quod fuit herba, facit;
quae praebet latas arbor spatiantibus umbras,
quo posita est primum tempore, virga fuit.

590 Nam non conveniens omnibus omnis erit. — Ovid. Art. Am. 3. 188.
Nam pro jucundis *vid.* Nil ergo.
... Nam qui cupiet, metuet quoque. — Hor. Epist. I. 17. 65.
Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis — Pan. ad Pis. 8.
atria, quid pleni numeroso consule fasti
profuerint, si vita labat? perit omnis in illo
nobilitas, cujus laus est in origine sola.
felix qui tantis animum natalibus aequas,
et partem tituli, non summam ponis in illis.
... Nam quis Peccandi *vid.* Ad mores.
Nam res mortifera est inimicus pumice levis. — Juv. Sat. 9. 95.
Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet, — Hor. Epist. I. 18. 84.
et neglecta solent incendia sumere vires.

595 Nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est — Hor. Sat. I. 3. 68.
qui minimis urgetur.
... Naso suspendis adunco Ignotos. — Hor. Sat. I. 6. 5.
... Natum in curas hominum genus. — Tib. El. III. 4. 9.
Naturae sequitur semina quisque suae. — Prop. El. IV. 9. 20.
Naturam expellas furca, tamen usque recurret. — Hor. Epist. I. 10. 24.

600 ... Naturam mutare pecunia nescit. — Hor. Epist. I. 12. 10.
... Navibus atque Quadrigis *vid.* Strenua.
Naviget Anticyram: quid enim differt, balatroni — Hor. Sat. II. 3. 166.
dones quidquid habes, an nunquam utare paratis?
Navita de ventis, de tauris narrat arator, — Prop. El. II. 1. 43.
enumerat miles vulnera, pastor oves.
Nec cito desisto, nec temere incipio. — Prop. El. III. 20. 36.
Nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna perennis: — Prop. El. III. 28. 57.
longius aut propius mors sua quemque manet.

605 Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores. — Ovid. Met. 3. 471.
Nec mors humano subjacet arbitrio. — Max. (Gall.) El. 1. 114.
Nec nasci bis posse datur *vid.* Currit.

Nec procul a stabulis audet secedere, si qua — Ovid. Trist. I. 1. 77.
excussa est avidi dentibus agna lupi.
Nec quae praeteriit *vid.* Venturae.
Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus. — Dion. Cat. Dist. 4. 13.
Nec revocare potes, qui periere, dies. — Auson. Epigr. 13. 4.
610 Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis, — Ovid. Art. Am. 1. 401.
nec semper viridi concava puppis aquae.
Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus. — Hor. Epist. II. 3. 350.
Nec sola antiquos ostentat Roma Catones. — Auson. Mosell. 386.
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi. — Lucil. Aetn. 367.
Nec te laudaris, nec te culpaveris ipse. — Dion. Cat. Dist. 2. 16.
615 Nec tellus eadem parit omnia. — Ovid. Art. Am. 1. 757.
... Nec te quaesiveris extra. — Pers. Sat. 1. 7.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti: — Prop. El. I. 5. 23.
nescit Amor priscis cedere imaginibus.
Nec tibi qui moritur desinit esse tuus. — ... de Maecen. mor. 20.
Nec timeat mortem bene conscia vita nec optet. — Auson. Ephem. or. 73.
620 Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes. — Hor. Epist. I. 18. 39.
... Ne cui de te plus quam tibi credas. — Hor. Epist. I. 16. 19.
Nec vero terrae ferre omnes omnia possunt. — Verg. Georg. 2. 109.
Nec veteris formae gratia tota perit. — Maxim. (Gall.) El. 2.32.
Nec violae semper *vid.* Forma.
... Nec vulgi cura tyranno, — Val. Flacc. Argon. 5. 264.
dum sua sit modo tuta salus.
625 Ne dubites, quum magna petis, impendere parva. — Dion. Cat. Dist. 1. 35.
Neglectis urenda filix *vid.* Denique te.
Nemo adeo ferus est *vid.* Invidus.
Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo. — Dion. Cat. Dist. 2. 14.
Nemo malus felix. — Juv. Sat. 4. 8.
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit. — Juv. Sat. 6. 562.
Nemo repente fuit turpissimus. — Juv. Sat. 2. 83.
630 Nemo silens placuit, multi brevitate loquendi. — Auson. Epist. 25. 44.
... Nemo sine crimine vivit. — Dion. Cat. Dist. 1. 5.
Nemo suos (haec est aulae natura potentis) — Mart. Epigr. IX. 80. 7.
sed domini mores Caesarianus habet.
Nempe dat id cuicunque libet fortuna, rapitque: — Ovid. Trist. III. 7. 41.
Irus et est subito, qui modo Croesus erat.
Nempe inamarescunt epulae sine fine petitae — Hor. Sat. II. 7. 107.
635 Ne pudeat, quae nescieris, te velle doceri. — Dion. Cat. Dist. 4. 29.

... Neque enim lex aequior ulla est, Ovid. Art. Am. 1. 655.
quam necis artifices arte perire sua.
... Ne quid nimis. ... Sept. Sap. Sent. 7.
Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur? Hor. Sat. II. 3. 187.
„Rex sum!“ Nil ultra quaero plebejus.
Nescia mens hominum fati sortisque futurae, Verg. Aen. 10. 501.
et servare modum rebus sublata secundis.
640 Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ovid. ex Pont. I. 3. 35.
ducit et immemores non sinit esse sui.
Nescis quid vesper serus vehat. Varro ap. A. Gell. 13. 11.
Nescit amor magnis cedere divitiis. Prop. El. I. 14. 8.
Nescit amor priscis cedere imaginibus *vid.* Nec tibi.
... Nescit vox missa reverti. Hor. Epist. II. 3. 390.
Neu, cave, defendas, quamvis mordebere dictis, Ovid. Trist. I. 1. 25.
causa patrocinio non bona pejor erit.
645 Neve putes alium sapiente bonoque beatum Hor. Epist. I. 16. 20.
... Nil est toto, quod perstet, in orbe. Ovid. Met. 15. 177.
Nil actum credens, quum quid superesset agendum, Lucan. Phars. 2. 657.
instat atrox.
Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit, Ovid. ex Pont. IV. 4. 5.
ut minuant nulla gaudia parte malum.
Nil admirari prope res est una, Numici, Hor. Epist. I. 6. 1.
solaque, quae possit facere et servare beatum.
650 Nil agimus non sponte dei. Lucan. Phars. 9. 573.
Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit. Hor. Sat. II. 3. 103.
... Nil assuetudine majus. Ovid. Art. Am. 2. 345.
Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro. Hor. Carm. I. 7. 27.
Nil dictu foedum visuque haec limina tangat, Juv. Sat. 14. 44.
intra quae puer est.
655 Nil ego contulerim jucundo sanus amico. Hor. Sat. I. 5. 55.
„Nil ergo optabunt homines?“ si consilium vis, Juv. Sat. 10. 346.
permittes ipsis expendere numinibus, quid
conveniat nobis rebusque sit utile nostris;
nam pro jucundis aptissima quaeque dabunt di.
carior est illis homo, quam sibi. Nos animorum
impulsu et caeca magnaque cupidine ducti
conjugium petimus partumque uxoris: at illis
notum, qui pueri qualisque futura sit uxor.
Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat Juv. Sat. 1. 147.
posteritas.

Nil feret ad manes divitis umbra suos. Ovid. Trist. V. 14. 12.

Nil habet infelix paupertas durius in se, Juv. Sat. 3. 152.
quam quod ridiculos homines facit.

660 Nil ita sublime est supraque pericula tendit, Ovid. Trist. IV. 8. 47.
non sit ut inferius suppositumque deo.

Nil metuat qui magna cupit. ... Achill. in Parth. 32.

Nil, nisi quod prodest, carum est. Ovid. ex Pont. II. 3. 15.

... Nil non mortale tenemus Ovid. Trist. III. 7. 43.
pectoris exceptis ingeniique bonis.

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil. Juv. Sat. 6. 457.

665 Nil opus invidia est, procul absit gloria vulgi. Tib. El. IV. 13. 7.

Nil prodest, quod non laedere possit idem. Ovid. Trist. II. 266.

Nil pudet assuetos sceptris: mitissima sors est Lucan. Phars. 8. 451.
regnorum sub rege novo.

... Nil sine magno Hor. Sat. I. 9. 59.
vita labore dedit mortalibus.

Nil unquam longum est, quod sine fine placet. Rutil. Itin. 1. 4.

670 Nimirum sapere est abjectis utile nugis Hor. Epist. II. 2. 141.
et tempestivum pueris concedere ludum.

Nitimur in vetitum semper cupimusque negata. Ovid. Amor. III. 4. 17.
sic interdictis imminet aeger aquis.

Nititur ad laudem virtus *vid.* Explorant.

... Nobilitas sola est atque unica virtus. Juv. Sat. 8. 20.

... Nocet empta dolore voluptas *vid.* Sperne.

Nocte latent mendae vitioque ignoscitur omni. Ovid. Art. Am. 1. 249.

Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Verg. Aen. 6. 127.

675 Non bene conducti vendunt perjuria testes; Ovid Amor. I. 10. 37.
non bene selecti judicis arca patet.

Non bene conveniunt nec in una sede morantur Ovid. Met. 2. 846.
majestas et amor.

Non bene cum sociis regna Venusque manent. Ovid. Art. Am. 3. 564.

Non bene, si tollas praemia, durat amor. Ovid. Amor. I. 8. 96.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Hor. Epist. I. 17. 36.

680 Non datur ad musas currere lata via. Prop. El. IV. 1. 14.

Non domus et fundus, non aeris acervus et auri Hor. Epist. I. 2. 47.
aegroto domini deducit corpore febres,
non animo curas: valeat possessor oportet,
si comportatis rebus bene cogitat uti.

Non ego ventosae plebis suffragia venor. Hor. Epist. I. 19. 37.

Non erit ignotae gratia magna lyrae. Ovid. Art. Am. 3. 400.

Non est certa fides, quam non injuria versat. Prop. El. IV. 8. 19.

685 Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam. Mart. Epigr. I. 15. 11.
sera nimis vita est crastina: vive hodie

Non est in medico semper, relevetur ut aeger, Ovid. ex Pont. I. 3. 17.
interdum docta plus valet arte malum.

... Non extorquebis amari. Claud. Honor. IV. 282.

... Non faciam cuiquam, quae tempore eodem Auson. Ephem. or. 61.
nolim facta mihi. Nec vero crimine laedar,
nec maculer dubio: paulum distare videtur
suspectus vereque reus.

Non ideo debet pelago se credere, si qua Ovid. Trist. II. 329.
audet in exiguo ludere cymba lacu.

690 Non ignara mali miseris succurrere disco Verg. Aen. I. 630.

... Non in caro nidore voluptas Hor. Sat. II. 2. 19.
summa, sed in te ipso est.

Non intellecti nulla est curatio morbi. Maxim.(Gall.) El. 3. 55.

Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam. Dion. Cat. Dist. 4. 22.

Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri. Ovid. Art. Am. 2. 13.

695 Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo. Hor. Epist. II. 3. 476.

Non nostrum inter vos tantas componere lites. Verg. Aen. 3. 108.

... Non omnes eadem *vid.* Denique non.

... Non omnia grandior aetas, Ovid. Met. 6. 28.
quae fugiamus habet; seris venit usus ab annis.

... Non omnia possumus omnes. Verg. Ecl. 8. 63.

Non opibus mentes hominum curaeque levantur. Tib. El. III. 3. 21.

... Non parvas *vid.* Denique non p.

700 Non possis oculo quantum contendere Lynceus, Hor. Epist. I. 1. 28.
non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Non satis est, pulchra esse poëmata, dulcia sunto, Hor. Epist. II. 3. 99.
et quocumque volent animum auditoris agunto.

Non scribit, cujus carmina nemo legit. Mart. Epigr. III. 9. 2.

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem, Prop. El. II. 5. 19.
verum etiam instanti laesa repugnat ovis.

Non sunt apta meae grandia vela rati. Prop. El. IV. 9. 4.

705 Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis. Mart. Epigr. II. 77. 7.

... Non ulla perenni Amplexu fortuna fovet. Sil. Ital. Pun. 7. 244.

Non unquam reputat, quanti sibi gaudia constent. Juv. Sat. 6. 365.

Noscenda est mensura sui spectandaque rebus Juv. Sat. 11. 35.
in summis minimisque, etiam quum piscis emetur.

Nos numerus sumus et fruges consumere nati. Hor. Epist. I. 2. 27.

710 Nosse velint omnes, mercedem solvere nemo. Juv. Sat. 7. 157.
Novistine locum potiorem rure beato? Hor. Epist. I. 10. 14.
Nox et Amor vinumque nihil moderabile suadent. Ovid. Amor. I. 6. 59.
Nube solet pulsa candidus ire dies. Ovid. Trist. II. 142.
... Nulla est sincera voluptas Ovid. Met. 7. 453.
sollicitique aliquid laetis intervenit.
715 ... Nulla est victoria major, Claud. Honor. VI. 248.
quam quae confessos animo quoque subjugat hostes.
Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur, Lucan. Phars. 10. 406.
venalesque manus; ibi fas ubi maxima merces.
Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Lucan. Phars. 1. 92.
impatiens consortis erit.
Nulla fides unquam miseros elegit amicos. Lucan. Phars. 8. 534.
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt, Hor. Epist. I. 19. 2.
quae scribuntur aquae potoribus.
720 Nulla potest laus esse tibi, quae crimina purget. Claudian. Theod. 216.
... Nulla reparabilis arte Laesa pudicitia est. Ovid. Her. 5. 103.
Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes. Verg. Aen. 11. 362.
... Nullas recipit prudentia metas. Claud. Theod. 143.
... Nulli non sua forma placet *vid.* Pessima.
Nullius addictus jurare in verba magistri Hor. Epist. I. 1. 14.
quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.
725 Nullo fata loco possis excludere. Mart. Epigr. IV. 60. 5.
Nullum cum victis certamen et aethere cassis. Verg. Aen. 11. 104.
Num, tibi quum fauces urit sitis, aurea quaeris Hor. Sat. I. 2. 114.
pocula?
Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo. Verg. Aen. 6. 261.
Nunc est ira recens, nunc est discedere tempus. Prop. El. II. 5. 9.
730 ... Nunc ipsa vocat res. Verg. Aen. 9. 320.
Nunc mihi naufragio quid prodest discere facto, Ovid. ex Pont. II. 6. 11.
quam mea debuerit currere cymba viam?
Nunquam aliud Natura, aliud Sapientia dicit. Juv. Sat. 14. 321.
... Nunquam libertas gratior extat, Claud. Stilun. 3. 114.
quam sub rege pio.
... Nunquam sobrius Ardor. Stat. Theb. 4. 662.
735 Nutritur vento, vento restinguitur ignis; Ovid. Rem. 807.
lenis alit flammam, grandior aura necat.

... Obrepit non intellecta senectus *vid.* Dum bibimus.
Occidit miseros crambe repetita magistros. Juv. Sat. 7. 154.

Occupet extremum scabies. Hor. Epist. II. 3. 417.

O cives, cives, quaerenda pecunia primum est; Hor. Epist. I. 1. 53.
virtus post nummos!

O curas hominum! o quantum est in rebus inane! Pers. Sat. 1. 1.

740 O curvae in terras animae et coelestium inanes! Pers. Sat. 2. 61.

Odero, si potero: si non, invitus amabo. Ovid. Amor. III. 11. 35.

Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi, Hor. Epist. I. 18. 89.
sedatum celeres, agilem gnavumque remissi.

Oderunt peccare boni virtutis amore. Hor. Epist. I. 16. 52.

Oderunt, Pholoe, moneo, fastidia divi. Tib. El. I. 8. 69.

745 Odi et amo. Quare id faciam fortasse requiris: Catull. Carm. 85. 1.
nescio, sed fieri sentio et excrucior.

O dirum exitium mortalibus! o nihil unquam Sil. Ital. Pun. 17. 187.
crescere, nec magnas patiens exsurgere laudes,
invidia!

Offendunt nunquam tura precesque Jovem. Mart. Epigr. VIII. 24. 4.

Officium alterius multis narrare memento, Dion. Cat. Dist. 1. 15.
atque aliis quum tu benefeceris, ipse sileto.

O formose puer, nimium ne crede colori: Verg. Ecl. 2. 17.
alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

750 „O fortunati mercatores!“ gravis annis Hor. Sat. I. 1. 4.
miles ait, multo jam fractus membra labore.

O fortunatos nimium, sua si bona norint, Verg. Georg. 2. 458.
agricolas.

... Olim meminisse juvabit *vid.* Forsan.

Olim quod vulpes aegroto cauta leoni Hor. Epist. I. 1. 73.
respondit, referam: „Quia me vestigia terrent
omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.“

O major tandem parcas, insane, minori. Hor. Sat. II. 3. 326.

... O maxima rerum Lucil. Aetn. 631.
et merito pietas homini tutissima virtus.

755 O mihi praeteritos referat si Jupiter annos! Verg. Aen. 8. 560.

Omina sunt aliquid. Ovid. Amor. I. 12. 3.

O miseras hominum mentes! o pectora caeca! Lucret. d. r. nat. 2. 14.
qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
degitur hoc aevi quodcunque est!

Omne animi vitium tanto conspectius in se Juv. Sat. 8. 140.
crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

... Omne futurum Despicitur *vid.* Sed quam.

Omne in amore malum, si patiare, leve est. Prop. El. II. 5. 16.

760 Omnem crede diem tibi diluxisse supremum: — Hor. Epist. I. 4. 13.
grata superveniet quae non sperabitur hora.
Omnes humanos sanat medicina dolores: — Prop. El. II. 1. 57.
solus amor morbi non amat artificem.
Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor. — Ovid. Fast. 1. 493.
Omne supervacuum pleno de pectore manat. — Hor. Epist. II. 3. 337.
...Omnes una manet nox *vid.* Sed omnes.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. — Hor. Epist. II. 3. 343.
765 Omnia, Castor, emis; sic fiet, ut omnia vendas. — Mart. Epigr. VII. 98. 1.
Omnia conando docilis sollertia vicit. — Manil. Astron. 1. 93.
Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit. — Ovid. ex Pont. II. 7. 75.
Omnia enim stolidi magis admirantur amantque, — Lucret. d. r. n. 1. 635.
inversis quae sub verbis latitantia cernunt.
Omnia fert aetas. — Verg. Ecl. 9. 51.
770 ...Omnia graece, — Juv. Sat. 6. 187.
quum sit turpe magis nostris nescire latine.
Omnia mors aequat. — Claud. d r. Pros. 2. 302.
Omnia mors poscit. Lex est, non poena, perire. — (Sen ?) de qual. temp. 7.
hic aliquo mundus tempore nullus erit.
Omnia mutantur, nil interit. — Ovid. Met. 15. 165.
Omnia post obitum fingit majora vetustas. — Prop. El. IV. 1. 23.
775 Omnia, quae sensu volvuntur vota diurno, — Claud. Honor. IV pr. 1.
pectore sopito reddit amica quies.
... Omnia Romae Cum pretio. — Juv. Sat. 3. 183.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo, — Ovid. ex Pont. IV. 3. 35.
et subito casu, quae valuere, ruunt.
Omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori. — Verg. Ecl. 10. 69.
Omnibus est eadem leti via. — Maxim. (Gall.) El. 6. 5.
780 Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos — Hor. Sat. I. 3. 1.
ut nunquam inducant animum cantare rogati,
injussi nunquam desistant.
Omnis habet sua dona dies. — Mart. Epigr. VIII. 78. 7.
... O mores! usque adeone — Pers. Sat. 1. 26.
scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
O nullis tutum credere blanditiis. — Prop. El. I. 15. 42.
Opprime dum nova sunt subiti mala semina morbi. — Ovid. Rem. 81.
785 Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. — Hor. Epist. I. 14. 43.
Optima prima fere manibus rapiuntur avaris. — Ovid. Amor. II. 6. 39.
Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi — Verg. Georg. 3. 66.
prima fugit.

Optimus est, Cleobulus ait, modus, incola Lindi. — Sept. Sap. Sent. 1.
Optimus ille fuit vindex, laedentia pectus — Ovid. Rem. 294.
vincula qui rupit dedoluitque semel.
790 O quam saepe malis generatur origo malorum. — Rutii. Itin. 1. 491.
O quantum est subitis casibus ingenium. — Martial. de spect. 14 4.
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. — Juv. Sat. 10. 356.
fortem posce animum, mortis terrore carentem,
qui spatium vitae extremum inter munera ponat
naturae, qui ferre queat quoscunque labores,
nesciat irasci, cupiat nihil, et potiores
Herculis aerumnas credat saevosque labores
et Venere et coenis et pluma Sardanapali.
O rus, quando ego te aspiciam, quandoque licebit — Hor. Sat. II. 6. 60.
nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis
ducere sollicitae jucunda oblivia vitae?
Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis. — Ovid. ex Pont. I. 4. 21.
795 Otia si tollas, periere Cupidinis arcus. — Ovid. Rem. 139.

Pace Ceres laeta est. — Ovid. Fast. 4. 407.
Pacis Amor deus est, pacem veneramur amantes. — Prop. El. IV. 5. 1.
Panditur ad nullas janua nigra preces. — Prop. El. V. 11. 2.
Parcendum est animo miserabile vulnus habenti. — Ovid. ex Pont. I. 5. 23.
800 Parce, puer, stimulis, et fortius utere loris. — Ovid. Met. 2. 127.
Parcere subjectis et debellare superbos! — Verg. Aen. 6. 853.
... Par nobile fratrum! — Hor. Sat. II. 3. 243.
... Parsque est meminisse doloris. — Ovid. Met. 9. 291.
Pars hominum vitiis gaudet constanter et urget — Hor. Sat. II. 7. 6.
propositum, pars multa natat, modo recta capessens,
interdum pravis obnoxia.
805 Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. — Hor. Epist. II. 3. 139.
Parva monere pudet. — Ovid. Art. Am. 3. 353.
Parva necat morsu spatiosum vipera taurum. — Ovid. Rem. 421.
... Parvis dives concordia rebus. — Sil. Itil. Pun. 9. 407.
Parvula, nam exemplo est, magni formica laboris — Hor. Sat. I. 1. 33.
ore trahit quodcunque potest atque addit acervo,
quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.
810 Parvum parva decent. — Hor. Epist. I. 7. 44.
Pascitur in vivis livor, post fata quiescit. — Ovid. Amor. I. 15. 39.
Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat, — Ovid. Trist. V. 8. 15.
et manet in nullo certa tenaxque loco,

sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos,
et tantum constans in levitate sua est.
Pauper amet caute, timeat maledicere pauper, Ovid. Art. Am. 2. 167.
multaque divitibus non patienda ferat.
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus. Hor. Epist. I. 12. 4.
815 Pauperis est, numerare pecus. Ovid. Met. 13. 823.
... Paupertatemque fatendo Effecere levem. Ovid. Met. 8. 634.
... Pauper ubique jacet. Ovid. Fast. 1. 218.
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. Ovid. Fast. 1. 704.
... Pax una triumphis Innumeris potior. Stil. Ital. Pun. 12. 593.
820 Pectora dum gaudent, nec sunt adstricta dolore, Ovid. Art. Am. 1. 361.
ipsa patent: blanda tum subit arte Venus.
tunc quum tristis erat, defensa est Ilios armis,
militibus gravidum laeta recepit equum.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae. Ovid. Art. Am. 1. 759.
... Peragit tranquilla potestas Quod violenta nequit. Claud. Theod. 239.
Percontatorem fugito, nam garrulus idem est. Hor. Epist. I. 18. 69.
... Pereant qui crastina curant. Verg. Copa. 37.
825 Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim. Ovid. Amor. III. 11. 7.
Perfer et obdura: multo graviora tulisti. Ovid. Trist. V. 11. 7.
... Perferte laborem, Tempus erit lacrimis. Stat. Theb. 12. 407.
... Perjuria ridet amantum Prop. El. III. 6. 49.
Jupiter et ventos irrita ferre jubet.
Pessima sit, nulli non sua forma placet. Ovid. Art. Am. 1. 614.
830 Pessimus in dubiis augur timor. Stat. Theb. 3. 6.
... Pictoribus atque poetis Hor. Epist. II. 3. 9.
quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.
Pieridas, pueri, doctos et amate poetas, Tib. El. 1 4. 61.
aurea nec superent munera Pieridas.
Pinxisti Venerem, colis, Artemidore, Minervam, Mart. Epigr. V. 40. 1.
et miraris opus displicuisse tuum?
Ploratur lacrimis amissa pecunia veris. Juv. Sat. 13. 134.
835 Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis. Ovid. Fast. 1. 197.
Plus aliis de te, quam tu tibi, credere noli. Dion. Cat. Dist. 1. 14.
... Plus est servasse repertum Quam quaesisse novum. Claud. Stilich. 2. 326.
Plus ratio, quam vis caeca valere solet. Max. (Gall.) El. 2. 70.
Plus valet humanis viribus ira dei. Ovid. Trist. V. 12. 14.
840 Poenituit multos vanae sterilisque cathedrae. Juv. Sat. 7. 203.
Pollicitis dives quilibet esse potest. Ovid. Art. Am. 1. 444.

Ponamus nimios gemitus: flagrantior aequo — Juv. Sat. 13. 11.
non debet dolor esse viri nec vulnere major.
...Populus me sibilat, at mihi plaudo — Hor. Sat. I. 1. 66.
ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.
Posthume, non bene olet, qui bene semper olet. — Mart. Epigr. II. 12. 4.
845 Post inimicitias iram meminisse malorum est. — Dion. Cat. Dist. 1. 15.
...Post nubila Phoebus. — ?
Praeda canum lepus est. — Mart. Epigr. I. 22. 5.
...Praeveniens quondam est incommoda virtus. — Grat. Fal. Cyneg. 500.
...Pravi docilis Romana juventus. — Hor. Sat. II. 2. 52.
Primus in orbe deos fecit timor. — Petron. in superst. 1.
850 Principibus placuisse viris non ultima laus est. — Hor. Epist. I. 17. 35.
Principiis obsta: sero medicina paratur — Ovid. Rem. 91.
quum mala per longas convaluere moras.
Principis est virtus maxima, nosse suos. — Mart. Epigr. VIII. 15. 8.
Prisca juvent alios; ego me nunc denique natum — Ovid. Art. Am. 3. 121.
gratulor: haec aetas moribus apta meis.
...Probitas laudatur et alget. — Juv. Sat. 1. 74.
855 Pro captu lectoris habent sua fata libelli. — Terent. Maur. 1286.
...Procul absit gloria vulgi *vid.* Nil opus.
Prodigus et stultus donat quae spernit et odit. — Hor. Epist. I. 7. 20.
Pro lucro tibi pone diem quocunque laboras. — Dion. Cat. Dist. 1. 33.
Prona venit cupidis in sua vota fides. — Ovid. Art. Am. 3. 674.
Pro Superi, quantum mortalia pectora caecae — Ovid. Met. 6. 472.
noctis habent.
860 Protinus ad censum; de moribus ultima fiet — Juv. Sat. 3. 140.
quaestio.
Pulchris stare diu Parcarum lege negatur; — Claud. Epigr. 36. 1.
magna repente ruunt, summa cadunt subito.
...Pulchrum est *vid.* At pulchrum est.

Quae casta est? de qua mentiri fama veretur. — Aus. Sept. S. Sent. 1. 5.
Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse. — Dion. Cat. Dist. 1. 30.
Quaelibet iratis ipse dat arma dolor. — Ovid. Her. 6. 140.
865 Quae modo pugnarunt, jungunt sua rostra columbae. — Ovid. Art. Am. 2. 465.
Quae nondum data sunt, stulte, negata putas? — Mart. Epigr. VI. 10. 12.
Quae nimis apparent retia vitat avis. — Ovid. Rem. 516.
Quae praebet *vid.* Nam mora.
„Quaere peregrinum" vicinia rauca reclamat. — Hor. Epist. I. 17. 62.
Qua flumen placidum est forsan latet altius unda. — Dion. Cat. Dist. 4. 31

870 Qualem commendes etiam atque etiam adspice, ne mox Hor. Epist. I. 18. 76.
incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente. Ovid. Rem. 89.

Quam bene Saturno vivebant rege, prius quam Tib. El. I. 3. 35.
tellus in longas est pate fata vias.

Quamquam difficile est se noscere. Aus. Id. 3. 19.

... Quam primum errata fatere. Prop. El. I. 9. 33.

... Quandoque bonus *vid.* Indignor.

875 Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget. Hor. Sat. I. 2. 15.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Prop. El. I. 20. 10.

Quantum quisque ferat respiciendus erit. Ovid. Amor. I, 8. 38.

Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Juv. Sat. 3. 143.
tantum habet et fidei.

Qua positus fueris in statione mane. Ovid. Fast. 2. 674.

880 Qua potes excusa, nec amici desere causam. Ovid. Trist. I. 9. 65.

Quem referent Musae, vivet, dum robora tellus, Tib. El. I. 4. 65.
dum coelum stellas, dum vehet amnis aquas.

Quem res plus nimio delectavere secundae, Hor. Epist. I. 10. 30.
mutatae quatient.

Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas, Ovid. Art. Am. 2. 341.
sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.

... Quemvis media erue turba, Hor. Sat. I. 4. 25.
aut ab avaritia aut misera ambitione laborat.

885 Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi. Verg. Ecl. 3. 90.

... Quid arenae semina mandas? Ovid. Her. 5. 113.
non profecturis litora bubus aras.

Quid, de quoque viro, et cui dicas, saepe videto. Hor. Epist. I. 18. 68

Quid domini faciant, audent quum talia fures? Verg. Ecl. 3. 16.

... Quid enim contendat hirundo Cygnis? Lucr. de r. n. 3. 6.

890 ... Quid habet pulchri constructus acervus? Hor. Sat. I. 1. 44.

Quid juvat errorem mersa jam puppe fateri? Claudian. Eutrop. 2. 7.

Quid juvat immensum te argenti pondus et auri Hor. Sat. I. 1. 41.
furtim defossa timidum deponere terra?

Quid magis est saxo durum, quid mollius unda? Ovid. Art. Am. 1. 475
dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Quid non ebrietas designat? operta recludit, Hor. Epist. I. 5. 16.
spes jubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,
sollicitis animis onus eximit, addocet artes.

895 ... Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames! Verg. Aen. 3. 56.

Quid non saeva sibi voluit Fortuna licere! Mart. Epigr. IV. 18. 7.

Quid numeras annos? vixi maturior annis; ...Consol. ad. Liv. 447.
acta senem faciunt: haec numeranda tibi.

Quid placet aut odio est, quod non mutabile credas? Hor. Epist. II. 1. 101.

Quidquid (si quid) agis, prudenter agas et respice finem. ?

Quidquid amas *vid.* Immodicis.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Hor. Sat. I. 2. 14.

900 Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Verg. Aen. 5. 710.

Quidquid habent ortus, finem timet; ibimus omnes, Stat. Silv, II. 1. 218.
ibimus: immensis urnam quatit Aeacus ulnis.

Quidquid id est, timeo Danaos, et dona ferentes. Verg. Aen. 2. 49

Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta Hor. Epist. II. 3. 335.
percipiant animi dociles teneantque fideles.

Quidquid servatur, cupimus magis, ipsaque furem Ovid Amor. III. 4. 25.
cura vocat: pauci, quod sinit alter, amant.

...Quidquid Superi voluere *vid.* Immensa est.

905 ...Quid rides? mutato nomine de te Hor. Sat. I. 1. 69.
fabula narratur.

Quid Romae faciam? mentiri nescio. Juv. Sat. 3. 41.

Quid stulti proprium? Non posse et velle nocere. Aus. sept. Sap. s. 1. 7.

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem Hor. Sat. I. 1. 1.
seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
contentus vivat, laudet diversa sequentes?

Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam. Hor. Epist. I. 16. 66.

910 Qui nescit versus, tamen audet fingere. Quidni? Hor. Epist. II. 3. 382.

Qui nolet fieri desidiosus, amet. Ovid. Amor. I. 9. 46.

Qui non est hodie, cras minus aptus erit *vid.* Sed propera.

Quippe nec ira deum tantum, nec tela, nec hostes, Sil. Ital. Pun. 15. 94.
quantum sola noces, animis illapsa Voluptas.

Qui quaerit Tatios veteres durosque Sabinos, Prop. El. III. 32. 47.
hic posuit nostra nuper in urbe pedem.

...Qui recte vivendi prorogat horam. *vid.* Dimidium.

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Tib. El. IV. 13. 8.

915 Qui semel adspexit, quantum dimissa petitis Hor. Epist. I. 7. 96.
praestent, mature redeat, repetatque relicta.

Quis dives? Qui nil cupiat. Quis pauper? Avarus. Aus. sept. Sap. S. 1. 3.

Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo, Ovid. ex Pont. II. 7. 9.
omnibus unca cibis aera subesse putat.

...Quis enim invitum servare laboret? Hor. Epist. I. 20. 16.

...Qui sibi fidit, Dux regit examen. Hor. Epist. I. 19. 22.

920 Quis paria esse fere placuit peccata, laborant, Hor. Sat. I. 3. 96.
quum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant
atque ipsa utilitas, justi prope mater et aequi.
Quisquis ab externis nuper devenerit oris, Avian fab. 38. 13.
non decet, indigenis ut velit esse prior.
Quisquis habet nummos, secura naviget aura, Petron. fragm. D. 1.
fortunamque suo temperet arbitrio.
Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti. Mart. Epigr. V. 59. 3.
Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae Hor. Carm. IV. 7. 17.
tempora di superi?
925 Qui studet optatam cursu contingere metam, Hor. Epist. II. 3. 412.
multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit.
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Juv. Sat. 2. 24.
Qui sua metitur pondera, ferre potest. Mart. Epigr. 12. 99. 8.
Qui terret, plus ipse timet: sors ista tyrannis Claud. Honor. VI. 290.
convenit.
Qui variare cupit rem, prodigialiter una Hor. Epist. II. 3. 29.
delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.
in vitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Qui velit ingenio cedere, rarus erit *vid.*. Aurum.
...Quo, bone, circa *vid.* Carpe.
930 ...Quocirca vivite fortes, Hor. Sat. II. 2. 135.
fortiaque adversis opponite pectora rebus.
Quocunque ingrederis sequitur mors corporis umbra. Dion. Cat. Dist. 4. 37.
Quo deus et quo dura vocat Fortuna sequamur. Verg. Aen. 12. 677.
...Quod fecit quisque tuetur opus. Ovid. ex Pont. IV. 1. 28.
...Quod fors dedit, hoc capit usus. Calp. Ecl. 10. 47.
935 Quod licet, ingratum est, quod non licet, acrius urget. Ovid. Amor. II. 19. 3.
Quod male fers, assuesce: feres bene; multa vetustas Ovid. Art. Am. 2. 647.
lenit.
Quod merito pateris, patienter ferre memento. Dion. Cat. Dist. 3. 17.
Quod nimium est, fugito; parvo gaudere memento. Dion. Cat. Dist. 2. 6.
Quod praestare potes, ne bis promiseris ulli. Dion. Cat. Dist. I. 25.
940 Quod refugit, multi cupiunt, odere quod instat. Ovid. Art. Am. 1. 717.
Quod satis est, cui contingit, nil amplius optet. Hor. Sat. I. 2. 46.
Quod sequitur, fugio; quod fugit usque sequor. Ovid. Amor. II. 19. 36.
Quodsi deficiant vires, audacia certe Prop. El. III. 10. 5.
laus erit: in magnis et voluisse sat est.
Quod tegitur, majus creditur esse malum. Mart. Epigr. III. 42. 4.
945 Quod vile est, carum, quod carum, vile putato. Dion. Cat. Dist. 1. 29.

... Quo fata trahunt retrahuntque sequamur. Verg. Aen. 5. 709.
Quo fugis ah demens? nulla est fuga. Tu licet usque Prop. El. III. 30. 1.
ad Tanain fugias: usque sequetur Amor.
Quo magis in dubiis hominem spectare periclis Lucr. d. r. n. 3. 55.
convenit, adversisque in rebus noscere, qui sint.
Quo moriture ruis, majoraque viribus audes? Verg. Aen. 10. 811.
950 Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? Hor. Epist. I. 5. 12.
Quondam etiam victis redit in praecordia virtus. Verg. Aen. 2. 367.
Quo quis enim major, magis est placabilis irae. Ovid. Trist. III. 5. 31.
Quos ego! — Sed motos praestat componere fluctus. Verg. Aen. 1. 135.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Hor. Epist. I. 2. 69.
testa diu.
955 Quos equidem actutum! — Sed quid praedicere poenam Ovid. Her. 12. 208.
attinet? ingentes parturit ira minas.
... Quot capitum vivunt, totidem studiorum Hor. Sat. II. 1. 27.
millia.
Quum falso laudas, tunc et, amice, noces. Auson. sept. S. S. 7. 6.
Quum feriant unum, non unum fulmina terrent. Ovid. ex Pont. III. 2. 9.
Quum fortuna manet, vultum servatis, amici, Petron. fr. H. 3.
quum cedit, turpi vertitis ora fuga.
960 Quum furor in cursu est, currenti cede furori; Ovid. Rem. 119.
difficiles aditus impetus omnis habet.
Quum patriam amisi, tunc me periisse putato. Ovid. Trist. III. 3. 53.
Quum recte vivas, ne cures verba malorum: Dion. Cat. Dist. 3. 2.
arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur.
... Quum res trepidae, reverentia divum Sil. Ital. Pun. 7. 88.
nascitur: at rarae fumant felicibus arae.
Quum sibi quisque timet, quamquam est intactus, et odit! Hor. Sat. II. 1. 23.
965 Quum tibi displiceat rerum fortuna tuarum, Dion. Cat. Dist. 4. 32.
alterius specta, quo sit discrimine pejor.
Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Hor. Sat. I. 3. 25.
cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
quam aut aquila aut serpens Epidaurius?
Quum vere objurgas, sic inimice juvas. Aus. Sept. S. S. 7. 5.
Quum volet, illa dies, quae nil nisi corporis hujus Ovid. Met. 15. 873.
jus habet, incerti spatium mihi finiat aevi.

Rara avis in terris nigroque simillima cygno. Juv. Sat. 6. 165.
... Rarae fumant felicibus arae *vid.* Quum res.
970 ... Rara est adeo concordia famae Atque pudicitiae. Juv. Sat. 10. 297.

Rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet, Ovid. Trist. V. 14. 29.
quae maneat stabili, quum fugit illa, pede.
Rari quippe boni: numerus vix est totidem, quot Juv. Sat. 13. 26.
Thebarum portae vel divitis ostia Nili.
Rebus in adversis animum submittere noli: Dion. Cat. Dist. 2. 25.
spem retine: spes una hominem nec morte relinquit.
Rebus in angustis facile est contemnere vitam: Mart. Epigr. XI. 56. 15.
fortiter ille facit, qui miser esse potest.
975 Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. Ovid. ex Pont. II. 9. 11.
Regis ad exemplum *vid.* In commune.
...Rem facias, rem, Hor. Epist. I. 1. 65.
si possis recte, si non, quocunque modo rem.
Res est solliciti plena timoris amor. Ovid. Her. 1. 12.
Res hominum fragiles alit et regit et perimit fors. Aus. Id. 12. 1.
Respue, quod non es: tollat sua munera cerdo. Pers. Sat. 4. 51.
... Rex Jupiter omnibus idem. Verg. Aen. 10. 112.
„Rex sum" *vid.* Ne quis.
980 ... Ridentem dicere verum Quid vetat? Hor. Sat. I. 1. 24.
Ridentur mala qui componunt carmina; verum Hor. Epist. II. 2. 96.
gaudent scribentes et se venerantur et ultro,
si taceas, laudant quidquid scripsere beati.
... Ridiculum acri Hor. Sat. I. 10. 14(24).
fortius et melius magnas plerumque secat res.
Romae Tibur amem ventosus, Tibure Romam. Hor. Epist. I. 8. 12.
Romae rus optas; absentem rusticus urbem Hor. Sat. II. 7. 27.
tollis ad astra levis.
985 Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem, Ovid. ex Pont. II. 5. 61.
rectorem dubiae navita puppis amat.

Saepe ego tentavi curas depellere vino: Tib. El. I 5. 37.
at dolor in lacrimas verterat omne merum.
Saepe Jovis telo quercus adusta viret. Ovid. Trist. IV. 9. 14.
Saepe solent auro multa subesse mala. Tib. El. I. 9. 18.
Saepe stilum vertas, iterum quae digna legi sint Hor. Sat. I. 10. 72(80).
scripturus, neque te ut miretur turba labores,
contentus paucis lectoribus.
990 Saepe tacens odii semina vultus habet. Ovid. Art. Am. 3. 512.
Saepe tacens vocem verbaque vultus habet. Ovid. Art. Am. 1. 574.
... Saevior armis Juv. Sat. 10. 356.
luxuria incubuit victumque ulciscitur orbem.

Saevus Amor docuit validos tentare dolores. Tib. El. III. 4. 65.
... Sapere aude *vid.* Dimidium.
... Satis est equitem mihi plaudere. Hor. Sat. I. 10. 76. (84).
995 ... Satis est populis fluviusque Ceresque. Lucan. Phars. 4. 381.
Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum. Ovid. ex Pont. I. 5. 35.
Scilicet hic vitae finis, qui finis honorum est. ... Eleg. d. fort. vic. 63.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum. Claud. Stil. 1. 168.
Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, Ovid. Trist. I. 5. 25.
tempore sic duro est inspicienda fides.

1000 Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos Hor. Epist. I. 6. 36.
et genus et formam regina Pecunia donat,
ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Verg. Aen. 2. 39.
Scire aliquid laus est, culpa est nil discere velle. Dion. Cat. Dist. 4. 29.
Scire tuum nihil est *vid.* O mores.
Scit bene venator, cervis ubi retia tendat. Ovid. Art. Am. 1. 45.
Scribendi recte sapere est et principium et fons. Hor. Epist. II. 3. 309.

1005 Scribentem juvat ipse favor minuitque laborem. Ovid. Pont. III. 9. 21.
Sed caret eventu nimius furor: improba nunquam Claud. b. Get. 72.
spes laetata diu.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res Hor. Sat. II. 8. 73.
adversae nudare solent, celare secundae.
Sed fulgente trahit constrictos Gloria curru Hor. Sat. I. 6. 23.
non minus ignotos generosis.
Seditione, dolis, scelere atque libidine et ira Hor. Epist. I. 2. 15.
Iliacos intra muros peccatur et extra.

1010 Sed nimium properas et adhuc tua messis in herba est. Ovid. Her. 17. 263.
... Sed nulla potentia longa est. Ovid. Met. 2. 416.
... Sed omnes una manet nox. Hor. Carm. I 28. 15.
et calcanda semel via leti.
Sed propera, nec te venturas differ in horas: Ovid. Rem. 93.
qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Sed quam caecus inest vitiis amor! omne futurum Claudian. Eutrop. 2. 50.
despicitur suadentque brevem praesentia fructum,
et ruit in vetitum damni secura libido.

1015 Sed quia semper aves, quod abest, praesentia temnis, Lucret. d. r. n. 3. 969.
imperfecta tibi elapsa est ingrataque vita.
Sed qui quam potuit dat maxima, gratus abunde est. Ovid. ex Pont. IV. 8. 37.
... Sed quod magis ad nos Hor. Sat. II. 6. 72.

pertinet et nescire malum est, agitamus, utrumne
divitiis homines an sint virtute beati.
Sed rigidum jus est et inevitabile mortis. ... Consol. ad Liv. 443.
... Sed scilicet ultima semper Ovid. Met. 3. 135.
exspectanda dies homini, dicique beatus
ante obitum nemo, supremaque funera debet.
1020 Sed satis est orare Jovem, quae ponit et aufert: Hor. Epist. I. 18. 111.
det vitam, det opes; aequum mi animum ipse parabo.
... Sed timidi est, optare necem. Ovid. Met. 4. 115.
Sed trahit invitam nova vis, aliudque Cupido Ovid. Met. 7. 19.
mens aliud suadet. Video meliora proboque,
deteriora sequor.
... Semita certe Juv. Sat. 10. 363.
tranquillae per virtutem patet unica vitae.
Semper avarus eget: certum voto pete finem. Hor. Epist. I. 2. 56.
1025 Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane; Mart. Epigr. V. 81. 1.
dantur opes nullis nunc nisi divitibus,
Semper habe Pyladen, qui consoletur Oresten. Ovid. Rem. 589.
Semper in absentes felicior aestus amantes. Prop. El. III. 33. 43.
Semper inops quicunque cupit. Claud. Ruf. 1. 200.
Semper inhumanos habet officiosus amicos. Mart. Epigr. V. 22. 13.
1030 ... Senescimus: effugit aetas Auson. Epigr. 13. 1.
utere vere tuo.
Sera nimis vita est crastina: vive hodie. *vid.* Non est.
Sera, tamen tacitis Poena venit pedibus. Tib. El. 1. 9. 4.
... Seris venit usus ab annis *vid.* Non omnia.
Serius aut citius sedem properamus ad unam. Ovid. Met. 10. 32.
Sero respicitur tellus, ubi fune soluto Ovid. Amor. II. 11. 23.
currit in immensum panda carina salum.
... Sibi convenientia finge. Hor. Epist. II. 3. 119.
1035 ..: Sibi quisque profecto Est deus. Ovid. Met. 8. 72.
Sic agitur censura et sic exempla parantur, Ovid. Fast. 6. 647.
quum vindex, alios quod monet, ipse facit.
... Sic itur ad astra *vid.* Macte.
... Sic me servavit Apollo. Hor. Sat. I. 9. 78.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor, Ovid. Art. Am. 1. 451.
et revocat cupidas alea blanda manus.
Sic, qui pauperiem veritus potiore metallis Hor. Epist. I. 10. 39.
libertate caret, dominum vehit improbus atque
serviet aeternum, quia parvo nesciat uti.

1040 Sic vos non vobis nidificatis aves; Verg. vid. Donati vit. V. Antholog. I. p. 224.
sic vos non vobis vellera fertis oves;
sic vos non vobis mellificatis apes;
sic vos non vobis fertis aratra boves.
Si fortuna volet, fies de rhetore consul, Juv. Sat. 7. 197.
si volet haec eadem, fies de consule rhetor.
Si genus humanum et mortalia temnitis arma, Verg. Aen. 1. 546.
at sperate deos memores fandi atque nefandi.
Si latet ars, prodest: affert deprensa pudorem Ovid. Art. Am. 2. 313.
atque adimit merito tempus in omne fidem.
... Simul ac duraverit aetas Hor. Sat. I. 4. 119.
membra animumque tuum, nabis sine cortice.
1045 Si natura negat, facit indignatio versum. Juv. Sat. 1. 79.
Sincerum est nisi vas quodcunque infundis acescit. Hor. Epist. 1. 2. 54.
Singula de nobis anni praedantur euntes. Hor. Epist. 2. 2. 55.
... Si non Hor. Epist. 1. 2. 35.
intendes animum studiis et rebus honestis,
invidia vel amore vigil torquebere. Nam cur,
quae laedunt oculum, festinas demere; si quid
est animum, differs curandi tempus in annum?
Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones. Mart. Epigr. VIII. 56. 5.
1050 Si qua venit sero, magna ruina venit. Prop. El. III. 25. 28.
Si qua voles apte nubere, nube pari. Ovid. Her. 9. 32.
... Si quid novisti rectius istis, Hor. Epist. I. 6. 67.
candidus imperti, si non, his utere mecum.
Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Ovid. Trist. II. 33.
Iupiter, exiguo tempore inermis erit.
Si rota defuerit tu pede carpe viam. Ovid. Art. Am. 2. 230.
... Sit pro ratione voluntas *vid.* Hoc volo.
1055 Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil Hor. Epist. I. 12. 5.
divitiae poterunt regales addere majus.
Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma. Ovid. Fast. 1. 715.
Solamen miseris [miserum] socios habuisse malorum. ?
Solus et, artifices qui facit, usus adest. Ovid. Art. Am. 2. 676.
Solve senescentem mature sanus equum, ne Hor. Epist. I. 1. 8.
peccet ad extremum ridendus et ilia ducat.
... Sors est sua cuique ferenda. Manil. Astron. 4. 22.
1060 Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae. Ovid. Art. Am. 1. 99.
Speravi melius quia me meruisse putavi: Ovid. Her. 2. 61.
quaecumque ex merito spes venit, aequa venit.

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas. Hor. Epist. 1. 2. 55.
Spernimus in commune omnes praesentia. Aus. Id. 15. 18.
... Spes etiam *vid.* Credula vitam.
Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum. Ovid. Art. Am. 1. 445.
1065 Spes uni nunquam potuit dare verba Catoni. ... El. de Spe. 41.
Spes vitae cum sole redit. Juv. Sat. 12. 70.
Stare putes, adeo procedunt tempora tarde. Ovid. Trist. V. 10. 5.
Stat dubius tremulusque senex semperque malorum Max. (Gall.) El. 1. 195.
credulus et stultus quae facit ipse timet.
Stat sua cuique dies; breve et irreparabile tempus Verg. Aen. 10. 467.
omnibus est vitae; sed famam extendere factis
hoc virtutis opus.
1070 Strangulat inclusus dolor atque exaestuat intus. Ovid. Trist. V. 1. 63.
Strenua nos exercet inertia, navibus atque Hor. Epist. I. 11. 28.
quadrigis petimus bene vivere.
... Studium puerile fatiscit, Aus. Idyll. 4. 10.
laeta nisi austeris varientur festa profestis.
Stulte, quid o frustra votis puerilibus optas, Ovid. Trist. III. 8. 11.
quae non ulla tulit, fertque, feretque dies.
Stultitiam patiuntur opes. Hor. Epist. I. 18. 29.
1075 Stultitiam simulare loco prudentia summa est. Dion. Cat. Dist. 2. 18.
Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira. Hor. Sat. II. 3. 210.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. Hor. Epist. I. 16. 24.
... Sua cuique deus fit dira cupido(?). Verg. Aen. 9. 185.
... Sua quisque pericula nescit. Lucan. Phars. 7. 139.
1080 ... Sua taedia solus Fallere nescit amor. ... Did. ad Aen. 37.
... Suave est *vid.* At suave est.
Sub qua nunc recubas *vid.* Quem taurum.
Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam Hor. Epist. II. 3. 38.
viribus, et versate diu, quid ferre recusent,
quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,
nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Summa petit livor, perflant altissima venti. Ovid. Rem. 369.
Summum crede nefas, animam praeferre pudori, Juv. Sat. 8. 83.
et propter vitam vivendi perdere causas.
Sunt aliquid manes, letum non omnia finit. Prop. El. V. 7. 1.
1085 Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus. Hor. Epist. II. 3. 347.
... Superando omnis *vid.* Quidquid erit.
Supprime jam lacrimas: non est revocabilis istis ... Consol. ad Liv. 427.
quem semel umbrifera navita lintre tulit.

... Suprema pericula semper Dant veniam culpae. Claud. Eutrop. 2. 596.

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas, Ovid. ex Pont. IV. 8. 49.
nullaque res majus tempore robur habet.
Tam teneor dono quam si dimittar onustus. Hor. Epist. I. 7. 18.
1090 Tantae molis erat Romanam condere gentem. Verg. Aen. 1. 33.
... Tantaene animis coelestibus irae? Verg. Aen. 1. 11.
Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto. Ovid. Trist. I. 1. 101.
... Tantumne sibi quis posse videtur, Ovid. Met. 9. 428.
fata quoque ut superet?
Tarda solet magnis rebus inesse fides. Ovid. Her. 17. 130.
1095 Tecum habita: noris quam sit tibi curta supellex. Pers. Sat. 4. 52.
Tempora labuntur tacitisque senescimus annis, Ovid. Fast. 6. 771.
et fugiunt freno non remorante dies.
Tempora mutantur et nos mutamur in illis. ?
Tempora ne culpes quum sis tibi causa doloris. Dion. Cat. Dist. 2. 30.
Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci, Ovid. Art. Am. 1. 471.
tempore lenta pati frena docentur equi.
Tempore Poenorum compescitur ira leonum. Ovid. Trist. IV. 6. 5.
1100 Temporibus servire decet. ... Pan. ad Pis. 143.
Temporis ars medicina fere est: data tempore prosunt Ovid. Rem. 131.
et data non apto tempore vina nocent
Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas, Ovid. Met. 15. 234.
omnia destruitis, vitiataque dentibus aevi
paulatim lenta consumitis omnia morte.
... Teneas, Damasippe, tuis te. Hor. Sat. II. 4. 324.
... Tenet insanabile multos Juv. Sat. 7. 51.
scribendi cacoethes et aegro in corde senescit.
1105 Terra malos homines nunc educat atque pusillos. Juv. Sat. 15. 70.
Terra salutares herbas eademque nocentes Ovid. Rem. 45.
nutrit et urticae proxima saepe rosa est.
Terretur minimo pennae stridore columba Ovid. Trist. 1. 1. 75.
unguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Tolle moras: semper nocuit differre paratis. Lucan. Phars. 1. 281.
... Tolle periclum, Hor. Sat. II. 7. 73.
jam vaga prosiliet frenis natura remotis.
1110 Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam. Verg. Ecl. 2. 64.
Tota licet veteres exornent undique cerae Juv. Sat. 8. 19.
atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

... Tractant fabrilia fabri, Hor. Epist. II. 1. 116.
scribimus indocti doctique poëmata passim.
... Trahit sua quemque voluptas. Verg. Ecl. 2. 65.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas. Ovid. ex Pont. II. 7. 8.
1115 ... Tristia maestum Hor. Epist. II. 3. 105.
vultum verba decent, iratum plena minarum,
ludentem lasciva, severum seria dictu.

... Tu gallinae filius albae, Juv. Sat. 13. 141.
nos viles pulli nati infelicibus ovis?
Tum bene fortis equus reserato carcere currit, Ovid. Art. Am. 3. 595.
quum, quos praetereat, quosque sequatur, habet.
... Tunc omnia jure tenebis, Claud. Honor. IV. 261.
quum poteris rex esse tui.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Verg. Aen. 6. 95.
1120 Tu nihil in magno doctus reprendis Homero? Hor. Sat. I. 10. 52.
Tu nihil invita dices faciesve Minerva. Hor. Epist. II. 3. 385.
... Tuo vitio rerumne labores, Nil referre putas? Hor. Sat. I. 2. 76
Tu pulmentaria quaere Sudando. Hor. Sat. II. 2. 20.
Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam, Hor. Epist. I. 11. 22.
grata sume manu, neu dulcia differ in annum.

1125 Tu quod es, e populo quilibet esse potest. Mart. Epigr. V. 13. 10.
Tu quoque fac timeas, et quae tibi laeta videntur, Ovid. ex Pont. IV. 6. 19.
dum loqueris, fieri tristia posse puta.
Tu quoque formida nimium sublimia semper, Ovid. Trist. III. 4. 31.
propositique memor contrahe vela tui.
Tu recte vivis si curas esse quod audis. Hor. Epist. I. 16. 17.
Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico Ovid. ex Pont. II. 7. 96.
auxilium nulla parte tulisse tuum.
turpe, referre pedem, nec passu stare tenaci,
turpe laborantem deseruisse ratem.
turpe, sequi casum, et Fortuna cedere, amicum
et, nisi sit felix, esse negare suum.

1130 Turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus. Prop. El. IV. 9. 5.
Turpe quid ausurus te sine teste time. Auson. sept. S. S. 7. 1.
Turpe quidem dictu, sed, si modo vera fatemur, Ovid. ex Pont. II. 3. 7.
vulgus amicitias utilitate probat.

Turpius ejicitur, quam non admittitur, hospes. Ovid. Trist. V. 6. 13.
... Tu sola animos mentemque peruris Gloria. Val. Flacc. Arg. 1. 76.
1135 ... Tutum carpit inanis iter. Ovid. Nux. 44.

... Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis. Hor. Epist. II. 3. 351.

Una salus victis, nullam sperare salutem. Verg. Aen. 2. 354.

Unde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere. Juv. Sat. 14. 207.

Unicuique dedit vitium natura creato. Prop. El. III. 22. 17.

1149 Unusquisque sua noverit ire via. Prop. El. III. 25. 38.

... Ut ameris ama. Mart. Epigr. VI. 11. 10.

... Ut ameris, amabilis esto. Ovid. Art. Am. 2. 108.

Utar et ex modico, quantum res poscet, acervo tollam, nec metuam, quid de me judicet heres. Hor. Epist. II. 2. 190.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Ovid, ex Pont. III. 4. 79.

Utendum est aetate *vid.* Venturae memores.

1145 Ut fragilis glacies interit ira mora. Ovid. Art. Am 1. 374.

Utile consilium dominus ne despice servi. Dion. Cat. Dist. 3. 10.

Utile opus manuum vario sermone levemus. Ovid. Met. 4. 39.

Utilis interdum est ipsis injuria passis. Ovid. Her. 17. 187.

... Utitur ante Quaesitis sapiens. Hor. Sat. I. 1. 37.

1150 Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones ut te ipsum serves, non expergisceris? Hor. Epist. I. 2. 32.

Ut natura dedit, sic omnis recta figura est. Prop. El. III. 18. 25.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo! Pers. Sat. 4. 23.

Ut neque calce lupus quemquam neque dente petit bos. Hor. Sat. II. 1. 55.

Ut pictura, poesis: erit quae, si propius stes, te capiat magis, et quaedam, si longius abstes. Hor. Epist. II. 3. 361.

1155 Ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est. Juv. Sat. 13. 100.

... Valeat possessor oportet. *vid.* Non domus.

... Variam semper dant otia mentem. Lucan. Phars. 4. 704.

... Varium et mutabile semper Femina. Verg. Aen. 4. 569.

Vela damus, quamvis remige puppis eat. Ovid. Trist. V. 14. 44.

... Vel dic, quid referat, intra naturae fines viventi jugera centum an Mille aret? Hor. Sat. I. 1. 49.

1160 Velle suum cuique est nec voto vivitur uno. Pers. Sat. 5. 53.

... Velocius et citius nos corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis quum subeant animos auctoribus. Juv. Sat. 14. 31.

Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto oppositus Cocles, Muci te flamma docebit. Claud. Honor. IV. 405.

... Veneris perjuria venti irrita per terras et freta summa ferunt. Tib. El. I. 4. 21.

... Veniam petimusque damusque vicissim. Hor. Epist. II. 3. 11.
1165 ... Venienti occurrite morbo. Pers. Sat. 3. 64.
... Venit alma salus, sed limite duro. Stat. Theb. 10. 611.
Venit post multos una serena dies. Tib. El. III. 6. 32.
Venturae memores jam nunc estote senectae: Ovid. Art. Am. 3. 59.
sic nullum vobis tempus abibit iners.
dum licet et vernos etiamnunc editis annos,
ludite: eunt anni more fluentis aquae.
nec, quae praeteriit, iterum revocabitur unda;
nec, quae praeteriit, hora redire potest.
utendum est aetate: cito pede labitur aetas,
nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.
Verba puellarum foliis leviora caducis. Ovid. Amor. II. 16. 45.
1170 Verbaque provisam rem non invita sequentur. Hor. Epist. II. 3. 311.
Veri sera fides. Claud. b. Get. 554.
Versatur celeri Fors levis orbe rotae. Tib. El. I. 5. 70.
Versibus exponi tragicis res comica non vult. Hor. Epist. II. 3. 89.
Vesanum tetigisse timent fugiuntque poetam Hor. Epist. II. 3. 455.
qui sapiunt.
1175 Victrix causa diis placuit, sed victa Catoni. Lucan. Phars. 1. 128.
... Video meliora proboque *vid.* Sed trahit.
Vidi jam juvenem, premeret quum serior aetas, Tib. El. I. 4. 33.
maerentem stultos praeteriisse dies.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Hor. Epist. I. 1. 52.
Vina diem celebrent: non festa luce madere Tib. El. II. 1. 29.
est rubor, errantes et male ferre pedes.
Vina parant animos faciuntque caloribus aptos, Ovid. Art. Am. 1. 237.
cura fugit multo diluiturque mero.
1180 Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis. Ovid. Her. 3. 85.
Vincere quum possis, interdum cede sodali. Dion. Cat. Dist. 1. 34.
Vincuntur molli pectora dura prece. Tib. El. III. 4. 76.
... Vindicta Nemo magis gaudet quam femina. Juv. Sat. 13. 191.
Vino forma perit, vino corrumpitur aetas. Prop. El. III. 33. 33.
1185 Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu. Hor. Epist. I. 16. 32.
... Virescit vulnere virtus. (Aul. Gell. 18. 11.)
... Vires instigat alitque Stat. Silv. IV. 4. 33.
tempestiva quies: major post otia virtus.
Virtus est medium vitiorum et utrimque reductum. Hor. Epist. I. 18. 9.
Virtus est vitium fugere *vid.* Invidus.
Virtus post nummos *vid.* O cives.

| | |
|---|---|
| Virtutem primam esse puta compescere linguam. | Dion. Cat. Dist. 1. 3. |
| 1190 ... Virtuti inimica voluptas. | Sil. Ital. Pun. 15. 22. |
| ... Vita est nobis aliena magistra. | Dion. Cat. Dist. 3. 13. |
| ... Vitanda est improba Siren Desidia. | Hor. Sat. II. 3. 14. |
| ... Vitiis nemo sine nascitur *vid.* Nam vitiis. | |
| Vive memor leti, fugit hora *vid.* Indulge. | |
| Vive memor, quam sis aevi brevis *vid.* Carpe. | |
| Vive pius, moriere, pius; cole sacra: colentem<br>mors gravis a templis in cava busta trahet. | Ovid. Amor. III. 9. 37. |
| Vive tibi, quantumque potes praelustria vita. | Ovid. Trist. III. 4. 5. |
| 1195 Vivite felices, quibus est fortuna peracta<br>jam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur. | Verg. Aen. 3. 493. |
| ... Vivite fortes *vid.* Quocirca. | |
| Vivitur exiguo melius. Natura beatis<br>omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti. | Claud. Ruf. 1. 215. |
| ... Voluptates commendat rarior usus. | Juv. Sat. 11. 208. |
| ... Vos exemplaria graeca<br>nocturna versate manu, versate diurna. | Hor. Epist. II. 3. 268. |
| Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum. | Hor. Epod. 16. 39. |
| Vulgus amicitias utilitate probat *vid.* Turpe. | |
| 1200 ... Vultus certissima pignora mentis. | Ovid. ex Pont. III. 4. 47. |



## Versus aliquot numero sonove notabiles.

| | |
|---|---|
| Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes Flectis. | Pan. ad Pis. 169. |
| Perque mare instabiles nimia levitate feruntur. | Ovid. Met. 2. 164. |
| Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. | Verg. Georg. 3. 284. |
| Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat. | Ovid. Met. 12. 133. |
| Decidit atque cadens: Pater, o pater, auferor, inquit. | Ovid. Art. Am. 2. 91. |
| Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. | Verg. Aen. 8. 596. 11. 875. |
| At tuba terribili sonitu taratantara dicit. | Enn. ap. Serv. ad Aen. 9. 503. |
| Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herbis. | Verg. Ecl. 3. 93. |
| Et, fuge, ne dubita, moestum fuge, dicere, tectum. | Ovid. Fast. 3. 641. |
| Hospes, ait, nosco, Colchide, vela, venit. | Ovid. Trist. 3. 9. 12 |
| Hi ludunt, hos somnus habet, pars brachia nectit,<br>et viridem celeri ter pede pulsat humum. | Ovid. Fast. 6. 329. |
| Tardabunt rivi labentes currere lymphae. | Val. Cat. Dir. 121. |

| | |
|---|---|
| Quae nunc immotae perstant ventisque resistunt. | Ovid. Met. 15. 339. |
| Incustoditam lente videt ire juvencam. | Ovid. Met. 3. 15. |
| Tu, qui secura procedis mente, parumper | Epitaph. Claud. Hom. 1. |
| siste gradum, quaeso, verbaque pauca lege. | |
| Annosám pinum magno molimine tentat. | Ovid. Met. 12. 357. |
| Vi multa vertit terraeque adflixit Atrides. | Ovid. Met. 12. 139. |
| Illi inter sese magna vi brachia tollunt. | Verg. G. 4. 174. Aen. 8. 452. |
| Illi alternantes multa vi proelia miscent. | Verg. Aen.. 12. 720. |
| Aut levis ocreas lento ducunt argento. | Verg. Aen. 7. 634. |
| Monstrum horrendum informe ingens cui lumen ademtum. | Verg. Aen. 3. 658. |
| Enni In scenam missos cum magno pondere versus. | Hor. Epist. II. 3. 259. |
| Candidus oceano nitidum caput abdiderat Sol, | Ovid. Met. 15. 30. |
| et caput extulerat densissima sidereum Nox. | |
| Vertitur interea coelum et ruit oceano Nox. | Verg. Aen. 2. 250. |
| ... Insequitur cumulo praeruptus aquae mons. | Verg. Aen. 1. 105. |
| Sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos. | Verg. Aen. 5. 481. |
| Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. | Hor. Epist. II. 3. 139. |
| ... Luctisono mugitu. | Ovid. Met. 1. 732. |
| Pulvereumque solum pede pulsavere bisulco, | Ovid. Met. 7. 113. |
| fumificisque locum mugitibus implevere. | |
| ... Hinnitibus auras. | Ovid. Met. 2. 254. |
| flammiferis implent pedibusque repagula pulsant. | |
| Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu. | Ovid. Met. 12. 85. |
| Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant. | Ovid. Met. 6. 376. |
| Hortus erat junctus casulae, quem vimina pauca | Sept. Seren. Mor. 61. |
| et calamo rediviva levi munibat arundo. | |
| .. . Elegeïa flebile carmen. | Ovid. Her. 15. 7. |
| Quo fugis? o remane, nec me crudelis amantem Desere. | Ovid. Met. 3. 477. |
| ... Ego te miseranda peremi, | Ovid. Met. 4. 110. |
| in loca plena metus qui jussi nocte venires, | |
| nec prior huc veni. | |
| Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit? | Ovid. Met. 4. 142. |
| Pyrame, responde, tua te, carissime, Thisbe Nominat. | |
| Accede, o conjux, accede, miserrima, dixit, | Ovid. Met. 4. 582. |
| dumque aliquid superest de me, me tange. | |
| Cadme, mane, teque infelix, his exue monstris. | Ovid. Met. 4. 591. |
| .. .O conjux, ego te scelerata peremi. | Lucan. Phars. 8. 638. |
| letiferae tibi causa viae fuit avia Lesbos. | |
| Flevit Amymone, flerunt Messeides undae. | Val. Flacc. Arg. 4. 347. |
| Hanc residens altis Hecate Perseïa lucis | Val. Flacc. Arg. 6. 495. |

flebat et has imo referebat pectore voces:
deseris, heu, nostrum nemus aequalesque catervas.
Te spectem, suprema mihi quum venerit hora, Tib. El. 1. I. 59.
  te teneam moriens deficiente manu.
flebis et arsuro positum me, Delia, lecto,
  tristibus et lacrimis oscula mixta dabis.
Tene etiam fortuna mihi crudelis ademit, Ciris 313.
tene, o sola meae vivendi causa senectae?
Te, dulcis conjunx, te solo in litore secum, Verg. Georg. 4 465.
te veniente die, te decedente canebat.



Sundiae ex officina C. Redies.

Venumdat C. Hingst:

C. Kruse, De Aeschyli Oedipodea. Sundiae 1855. 8°
12 ngr.

„ „ De Ovidii moribus et operibus. Sundiae 1856.
4°. 6 ngr.

„ „ Drei horazische Lieder. Stralsund 1860. 4°
4 ngr.

„ „ Aeschylos. Griechisch und deutsch mit Lesarten, Versmaassen und Commentar. I. Die Schutzflehenden. Stralsund 1861. 8°. 20 ngr.

„ „ Dactyliotheca. Corpus Sententiarum dactylicarum. Sundiae 1863. 8°. 10 ngr.

Sundiae ex officina C. Redies.